CHILIDÚǴU

SIVE

TRACTATUS

LINGUAE CHILENSIS

OPERA

BERNARDI HAVESTADT.

EDITIONEM NOVAM IMMUTATAM

CURAVIT

DR. JULIUS PLATZMANN.

VOLUMEN I.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXIII

CHILIDÚǴU
SIVE
RES CHILENSES
VEL
Deſcriptio Status tum naturalis, tum civilis, cum moralis Regni populique Chilenſis, inſerta ſuis locis perfectæ ad Chilenſem Linguam Manuductioni,

DEO O.M.
MULTIS AC MIRIS MODIS
JUVANTE
opera, ſumptibus, periculisque

BERNARDI HAVESTADT
Agrippinenſis quondam Provinciæ Rheni Inferioris primum Horſtmariæ in Weſtphalia, deinde in Americæ Meridionalis Regno Chilenſi e Societate JESU Miſſionarii.

TOMUS I.

17 

Permiſſu Superiorum ac Rmi & Eximii D. Ordinarii Colonienſis Facultate ſpeciali.

Monaſterii Weſtphaliæ Typis Aſchendorſianis.

FACULTAS SPECIALIS.

Tractatum de lingua Indorum * in Chilensibus Provinciis habitantium & doctrina Christiana iis tradita scriptum à R. D. BERNARDO HAVESTADT Coloniensi quondam Missionario in dictis terris Indicis, dum sacra Evangelici operarii functione cum aliis Societatis JESU sacerdotibus linguæ illius peritiam acquisivit, & prædicatione aliisque exercitiis perfecit, scriptum, ac deinde diligenti opera expolitum imprimendi Facultatem concedo.

23. Martii 1775.

J. G. KAUFFMANNS, S. Th. D.
Curiæ Archi-Ep. Sigillifer Major & Librorum Censor Ordinarius, Canonicus ** S. Mariæ in Capitol. & ad gradus mpp.

* Prior hujus libri Titulus erat: Chilidugu sive Tractatus de Lingua seu Idiomate Indo-Chilensi.

** Modo ad S. Gereonem, nec non Examinator synodalis, atque Emeritus Universitatis Coloniensis p. t. Rector perquam Magnificus.

Habet autem Lingua Chilenſis quam plurima omnino præclara, rara & inaudita: unicam nempe Declinationem, Conjugationem unicam, & utramque perfacilem & obviam; unicum genus, nullum Nomen aut Verbum anomalum; Regulas non niſi univerſales ac ſine exceptione, atque ſemper eadem vox paucis literis mutatis, demptis aut adjectis, agit vices & ſubſtantivi, & verbi, & adjectivi, & adverbii; adjectisque vel inſertis variis & ſæpe permultis Particulis format omnia & quæcunque ſua compoſita, nec raro ſenſum integrum & bene longum:

Unde fit, ut Lingua Chilenſis ſit Lingua multo facillima; & tametſi Barbarorum, non ſolum non barbara; ſed aliis Linguis tanto melior; ut ſicuti montes Andes alios montes; ita hæc alias Linguas uſque eo ſupereminеat; ut qui callet Chilenſe Idioma, alias Linguas velut e ſpecula longe infra ſe deſpiciat, clare patenterque agnoſcens quantum ſit in illis ſuperflui, quam multa quoque deſint, &c. &c. & quam jure merito unicuique non Chileno exprobrari poſit:

Si tua Lingua bona eſt, tamen eſt præſtantior illâ Lingua Chilena, brevis quam docet iſte liber. vide. P. 5. ſub finem.

CHILIDÚǴU

PARS PRIMA:

Chilenſis Linguæ Grammatica.

PARS SECUNDA:

Indiculus univerſalis R. P. Pomey Soc. Jeſu in Linguam Chilenſem translatus, additisque exemplis quam plurimis ad facilius addiſcendum auctus. (a)

PARS TERTIA:

Catechiſmus in proſa & verſu.

PARS QUARTA.

Voces Indicæ ordine alphabetico, adjectis numeris, ubi ſingulæ plenius & copioſius explicantur. (b)

PARS QUINTA:

Voces latinæ eodem ordiue, & adjectis numeris.

PARS SEXTA:

Notæ Muſicæ ad canendum in Organo cantiones Partis tertiæ à n. 650. uſque ad n. 676.

PARS SEPTIMA:

Mappa Geographica cum Diario &c. (c)

INDEX

(a) Hæc Tomus. I. (b) hæc Tomus II. (c) hæc Tomus IIJ.

INDEX CAPITUM
PARTIS PRIMÆ

INDEX

INDEX PARTIS SECUNDÆ
SEU INDICULI UNIVERSALIS.

Pars prima de mundo ejusque partibus.

Pars ſecunda.

car-

Pars tertia.

INDEX PARTIS TERTIÆ, QUÆ EST CATECHISMUS IN PROSA & VERSU.



DEDICATORIA SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ NOMINI.

Hunc Tractatum, O DEIpara Virgo! Hiſpanice DEO juvante a me conſcriptum, ſanctiſſimo Diviniſſimoque JESU dilectiſſimi Filii Tui Nomini jam ab anno 1765. *dedicavi: Hunc eundem ab eodem me ſervo Tuo Mancipioque, eodem favente Numine nunc redditum Latine; cui potius quam Tuo ſancto, & post JESU Nomen ſanctiſſimo Nomini dicem, dedicem, conſecrem?*

JESUS Filius Tuus Homo eſt; at Homo-DEUS: Tu affectu ac Patrocinio Univerſi generis humani es Mater, & Mater mea; at ſimul generatione, qua JESUM Virgo peperiſti; es DEIpara: JESUS ſalvatoris Nomen eſt, quod qui invocaverit,

ſalvus

ſalvus erit: MARIA Salvatoris Matris eſt Nomen ſtellam ſignificans; quam qui ſemper reſpexerit; ſalutis portum inveniet: JESUM inclamantes ſalvi erunt: MARIAM ut par eſt, invocantes, JEſus ſalvos faciet: JEſum legimus feciſſe MARIÆ Nomine intercedente; quod ſolo ſuo Nomine invocatus non fecerat: nam ſic Filius Matrem vult honorare: JESUS ſui Myſtici corporis, quod est Eccleſia, caput eſt; sed hujus ſui Myſtici corporis, MARIAM vult eſſe collum; eo quod omnia nos vult habere per MARIAM: Pharao Ite, aiebat, ad Joseph: JESUS nos mittit ad MARIAM; Optimus Filius ad optimam Matrem; ut Mater ſic a Filiis honoretur.

JESUS eſt Luminare majus, ut præſit diei: MARIA Luminare minus, ut præſit nocti: JESUS verus DEUS cultu Latriæ in Cælo & in Terra jure merito colitur & adoratur: MARIA Deipara, eſt ſola, quæ cultu Hyperduliæ (uti cæleſtis Curiæ cæteri Aulici & Miniſtri cultu Duliæ) jure merito colitur & honoratur: JESUS eſt ſol ſe ipſo Lucens, fulgens, fovens: MARIA JESU DEI & ſui Filii lucet, fulget, fovetque

Lu-

Lumine; atque ita lucet, fulget, fovet; ut cui MARIA in hac mundi nocte non luxerit, fulseritque, quem MARIA non foverit, teste D. Bernardo ac communi SS. PP. æternum pereat.

Eja ergo o Deipara, o Mater mea, o semper Virgo immaculata! immaculata, quando es concepta; & ab originali labe, ob prævisa JESU Christi merita, cujus prælecta ab omni retro æternitate, futura eras purissima Mater; fuisti præservata: (a) *& immaculata, quando DEUM verum vera DEI Mater Virgo concepisti; & in partu, & post partum semper Virgo permansisti.*

Eja ergo, inquam, DEI Salvatoris nostri sanctissima, Clementissima, purissima atque multo dulcissima Mater! Hoc

(a) Uterque & JESUS & MARIA peccati Originalis est expers, attamen longe diverso respectu: nam JESUS Christus est ipse Redemptor Homo-DEUS, qui qua Deus ab æterno genitus a Deo Patre absque Matre; & qua Homo in tempore natus ex Maria semper Virgine absque Patre: non descendit ab Adamo generatione ordinaria: MARIA autem JESU Christi Redemptoris Hominis-DEI vera Mater, ab Adamo generatione ordinaria descendens; ob prævisa ab æterno infinita JESU Christi Redemptoris Hominis-DEI, DEI & sui Filii merita, est a DEO ab æterno a labe peccati originalis præservata.

per JESU Nomen, cui Hiſpanice a me ſcriptum ſcis tot jam annis fuiſſe dicatum hoc opuſculum; idem nunc Latine a me redditum, Tuoque dedicatum Nomini, quæſo reſpicere, ſuſcipere ac admittere non dedigneris: ſit totus Tuus hic Tractatus, uti ipſe Tuus esse cupio; atque ut ſim & nunquam non ſim; per utrumqne Nomen oro, rogo, obſecro etiam atque etiam, iterum iterumque. Geiſtæ (b) 9. *Octobris* 1772.

O ſanctiſſima ſemper Virgo MARIA! Tuus o DEIpara ſemper ab Originali nævo Immaculata

Servus, Cliens & Mancipium' BERNARDUS HAVESTADT e Societate JESU DEI Patris & veſtri Filii: DEI Patris, qua DEUS eſt; veſtri, veræ DEI Matris, qua Homo-DEUS eſt.

(b) Vocabatur etiam domus Spiritûs, Arx Geiſtana, Collegium Soc. Jeſu ac domus tertiæ Probationis: diſtat Monaſterio Weſtphaliæ quatuor circiter leucis germ. verſus Orientem in hyberno ſolſtitio. Fundator V. P. Mauritius dé Büren, qui ibidem obiit, at hic Monaſterii ante aram maximam honorificentiſſime ſepultus ſuperpoſita ſepulchro eleganti artificio laminâ ærea, quæ præter Familiæ inſignia habet, quæ ſequuntur: R. P. Mauritius de Büren olim Cameræ Imperialis Præſes, Nobilium Dominorum & Baronum in Bëren &c. ultimus ſpem Familiæ Deo generoſe obtulit, in Societate Jesu piiſſime mortuus Geiſtæ anno MDCLXI. VII. Novembris, duorum Societatis JeſuCollegiorum ſeu domuum Fundator munificus, plurium libera lis Benefactor, cujus Corpus ſub hoc lapide ad æterna præmia redituram exſpectat animam. Bene precare Lector & dic Requiem æternam dona Ei Domine. Ætas omittitur, obiit autem, ni fallor, ſexagenario major, quadragenarius ingreſſus Societatem.

CHILIDÚĠU

PARTIS PRIMÆ SEU GRAMMATICÆ CAPUT PRIMUM

DE LITERIS EARUMQUE PRONUNTIATIONE.

1. A a. *b*. c. ç. *ch*. d. e. f. g. ɡ. h. i. j. k. l ll. ll. m. n. ŋ.* o. p. q. r. ɼ s. t. ŧ. u. v. ù. û. x. y. z *gue*, *gui*. *que*. *qui*.

Difficultas omnis ac differentia Idiomatis Indo-Chilenſis ad alias linguas, potiſſimùm conſiſtit in hisce literis: b ç. ch. g. ɡ j. ll. ŋ. ɼ. ŧ. ù. û. x. z. ex quibus ſolùm ſex ſunt propriæ Idiomati Chileno; reliquæ autem acceptæ mutuo à lingua Hiſpana: nam cùm ex vocibus Idiomatis Indo-Chilenſis complures ſint Hiſpanæ, quamvis plerumque corruptæ; illarum ſcilicet rerum, quæ ante Hiſpanorum adventum, in Chilenſi Regno neſciebantur: propterea etiam more Hiſpano videntur pronuntiandæ: & Indi Chilenſes ità eas revera pronuntiant.

A Su-

*n̄

Superatur hæc difficultas pronuntiando literam primam, quæ eſt *B.* eodem modo quo profertur *V* conſonans; nam ab Hiſpanis *b* ſcribitur indifferenter pro *v.* conſona; & viciſſim altera pro altera; eandemque obtinet pronuntiationem. Hoc autem verum eſſe, id argumento eſt, quod ſœpenumerò ambæ in eadem dictione reperiantur E. g. *Sabana* & *Savana*; Syndon: *Sabio* & *ſavio*; ſapiens: & ſimiliter in aliis. Unde illud: Felices Hiſpani, quorum bibere vivere eſt: & cum Hiſpanus Germano objiceret eum pro *DEUM verum ex DEO vero*, dicere: *DEUM ferum ex DEO fero*; hic prompte reſpondit: & vos Hiſpani dicitis DEUM viventem, bibentem in ſæcula ſæculorum.

Altera quæ eſt ç Hiſpanis dicta *c con cedilla*; ſeu c cum c parvo; præponiturque duntaxat vocalibus *a*, *o* & *u*; valet tantundem ac *c* vulgare poſitum ante *e* & *i*; aut quantum *s*; eſtque illud quod Galli habent in gentili ſuo vocabulo *François*, ubi illud *ç* æquipollet literæ *s*. Falluntur, qui dum ſcribunt hiſpanice, ponunt hoc *ç* ante *e* vel *i*; cum planè ſit ibi ſupervacaneum.

Tertia eſt *ch*, quæ effertur ut a Germanis tſch ſeu *tſch*, ita ut extremum linguæ oris palato illidatur, ac dentes labiaque magis comprimantur, quam in ſonando *ch* Gallo-

Gallorum: veluti *mucho*, multùm; *muchacho*, adoleſcens; quæ leguntur ac ſi ſcriptum eſſet: *mutſcho*, *mutſchatſcho*.

Quarta in ordine eſt *g* ante *e* vel *i*, quæ quemadmodum & *j* Hiſpanis *jota*; imo & *x*, Hiſpanis dictum *equìs* vel *ecqs*; pronuntiantur ferme ut *h*, nam licet Hiſpani non agnoſcant *h* literam: at habent ejus ſonum & aſpirationem, eamque ſatis fortem, nec in ſolo *g*, ſed ut dictum, etiam in *j* & *x*: & in *x* quidem, juncto vocalibus: uti patet in dictionibus, quæ tribus hisce literis indiſcriminatim ſcribuntur E. g. *tigeras*, *tijeras*, *tixeras*; forfices: *trabajo*, *trabaxo*, *travaxo*; labor: quæ pronunciantur uti a Germanis legitur: *tiheras*, *trabacho*.

2. Quinta litera eſt ɡ Indo-Chilenſe; quod effertur *ng*: E. g. *ɡe* oculus; dic *nge*: *meliɡe*; quatuor oculi; conſpicilia; *melinge*: *duɡun*, loquor; *dungun*. Uude quando vox præcedens ɡ particulare (ſic enim eſt appellandum, ut diſtinguatur a *g* hic ſupra) deſinit in vocalem; hæc vox pronuntiabitur haud ſecus, ac ſi cum ſequente eſſet eadem vel compoſita. E. g. *Senor JESU Chriſto DIOS ɡei, che ɡei cai*; Dominus JESUS Chriſtus & DEUS eſt & Homo: enuntietur: *Senor JESU Chriſto DIOS ɡei, Chengei cai*.

Sexta eſt geminum ll quod Hiſpanis & Chilenis commune eſt; & pronuntiationem obtinet, qualis in vocibus gallicis deprehenditur habentibus *i* ante *ll*; ut *fille*, *pareille*, *bataille*, & ſimilibus aliis. Verum notatu dignum; quando vox Hiſpana vel Indo-Chilenſis incipit ab ll; non illud accipiendum perinde ac ſi haberet *i* præpoſitum ſibi: quin potius imaginari oportet, quo ſono poſſit enuntiari ſeparatum ab iſto *i*. E. g. *llamma*, flamma; *llaga*, plaga; *llechi*, &c. non exprimentur, veluti ſi haberent *i* ante ſe (nam ſic diceretur E. g. *illechi* tribus ſyllabis; cum tantum duæ ſint) verum dividendo vocem gallicam *fille* in duas partes hoc pacto: *fi-lle*; promptiſſimum fuerit apprehendere ſecundam partem (intellige ſonum ipſius) & applicare dictionibus Chilenis & Hiſpanis, quæ inceperint ab iſto *ll* ante vocalem quamcunque.

Septima eſt n* vocata *n con tilde*, hoc eſt n cum titulo vel ſigno; æquipollens gallico *gn* in his vocibus *campagne*, *montagne*: ſit exemplo *ſenor*, quod legitur *ſeignor*.

Octava eſt r, quod raro occurrit, & forti valde ſono præditum veluti *erre*: & *ſ* ut *eſſe*.

Nona eſt t quod æquivalet *ch*. V. ſupra, nam in nullo differt.

* ñ

3. Decima eſt *ù*, quod pronuntiatur ut *i* vel ut *u* Gallorum: vel pronuntia u latinum & ordinarium; uti in hac voce *cuculus*, apertis labiis at dentibus clauſis. Sed NB quod iſtud *ù* particulare poſitum ante vocalem ſonet ſicut apud Hiſpanos *y* in hac voce *mayòr*: aut uti apud Germanos præſertim Colonienſes g vel g in hac dictione gegeben, & quando ita fuerit pronuntiandum; notabitur circumflexo E. g. *relûe*, ſeptem; *lamûen*, ſoror; dic *relye* vel *rel*ge*;* *lamyen vel lam*gen. NB Quoties *ù* particulare eſt ultima dictionis litera, & notata circumflexo; pronuntiandum erit uti *h* in his vocibus *ah*, *vah*. Et ſi voci terminatæ in *ù*, ut fiat verbum, in fine addatur *n;* manente circumflexo pronuntiabitur ut apud Hiſpanos *y*; & apud Germanos, præcipue Colonienſes, g. E. g. *naû*, deſcenſus; *naûn*, deſcendo: *naûpage*, deſcende; profertur: *nah*, *nayen vel na*gen*; nahpange*. NB 3tio. *ù* particulare, quod ſemper & ſuâ naturâ eſt breve; multoties omitti, vel ſolum ſcribi accentu: atque idem accidit literæ *e* ante *l* vel *n*. E g. *d*g*u*, res; *mtn*, ſolùm; *mlen*, adſum: lege: *dùngu*, *mùten*, *melen*.

Undecima eſt *x* ante vocalem, & profertur aliquanto durius magisque quam *jota*; licet inter ipſas alioqui magna ſit cognatio; niſi quod litera *x* eſt magis gutturalis. Ob-

ſerva quando *x* occurrit in dictione compoſita cum *ex*, tunc eam retinere genuinam ſuam pronuntiationem, ut *Excellencia*, *excepto:* quamvis non deſint ex Hiſpanis, qui legant, ſcribantque *eſcellencia*: *eſcepto*.

Duodecima & poſtrema eſt z, quæ interdum ſonat aſperius quam *c*, aut *s*; & quaſi Gallorum z, ſœpius tamen ſonum obtinet eundem cum *ç*: & Hiſpani ſcribunt promiſcue E. g. *haçer* pro *hazer*; facere*: lienço* pro *lienzo;* linteum: Quanquam illud *z* in dictionis fine poſitum, nihil omnino differat ab *ſ* finali*;* excepto quod effertur cum tono gravi E. g. Suarez, Vaſquez, Martinez. &c. dicatur *Suares*, *Vaſques*, *Martines*.

Quod ad reliquas literas attinet; nullum reperio pronuntiationis diſcrimen a lingua Gallica vel ab aliis: tantum q profertur ut *cou;* non *cu*, ſicut apud Gallos. Addo quod Hiſpani conſonantes non geminant præter *l* & *r;* & aliquando m, ante quod præmittunt frequentius *n*, ut *enmendar* pro *emmendar*.

Nec fuerit abs re hic admonere *gn* Hiſpanum & per conſequens etiam Indo-Chilenſe, non efferri ad modum *gn* Gallici; nihil enim hac ratione diſcerneretur ab ɳ; ſed ita quaſi *g* ſeparatum eſſet ab *n*. E. g.

digno,

digno, legatur *dig no;* dignus: quin etiam Hiſpani non raro excludunt *g* ſcribentes *dino* pro *digno; ſinificar* pro *ſignificar*. Præterea Hiſpani nunquam uſurpant *t* ubi vim habet eandem cum *c*; ut in his vocibus: *gracia*, *intencion*, *paciencia*, aliisque: non enim reperies *t* ante *i* propterea, quod ipſum *t* perpetuò ſonat qualiter in dictionibus *Tirano*, *Tiberio*, *Titiro*, & conſimilibus.

Habito ſermone de ſimplicibus literis, prætereunda non eſt pronuntiatio ſyllabarum *gue* & *gui; que* & *qui*; cum non proferantur ut apud Germanos; ſed proprie ſicut apud Gallos; & quemadmodum Itali ſcribunt ac enuntiant *ghe* & *ghi* pro *gue* & *gui:* item *che*, *chi* pro *gue gui*. Neque eſt ulla exceptio de *que* & *qui;* at vero de *gue* omnino; in quo expreſſe percipitur *u;* ſicut *aguelo*, avus; *ciguena*, ciconia; *aguero*, augurium; *verguenza*, verecundia; &c. pronuntia, agu-elo, &c. De *gui* non obſervavi quod excipiatur præter *arguyr;* quod ſcribitur per ypſelon, & effertur velut *argouyr* ita diſtinctum: argou-yr; non autem: argo-uir per v. conſonantem.

Inveniuntur etiam dictiones ſcriptæ per *qua*; ut *quaſi*, *qualidad:* in quibus illud *u* ſoni expers eſt; ac pronuntiatur *caſi*, *calidad*; eſtque germana ipſorum orthographia.

Contra Nebriſſenſis in Dictionario ſuo per *cua* ſcribit voces, quæ ſuapte naturâ ſcribendæ ſunt per *qua;* ut *quando*, *quaderno*, *quarenta*, & aliæ plures: quas ille ſcribit *cuando*, *cuaderno*, *cuarenta*, exiſtimans forte *qua* efferri ut *que*, ita ut *u* quieſcat.

4. Sumit ſibi Lingua Chilenſis licentiam uſurpandi unam literam pro alia; idque 1. ut formet Diminutiva. V n. 273. 2dò ad ſignificandum affectum amoris, blanditias &c. 292. 3tiò. quia aucupantur verborum concinnitatem, orationis cultum, famamque eloquentiæ: vel etiam ad cujusvis arbitrium ac libitum. Hinc ſunt ſynonima: *huif*, *huiv*, *huib;* ordo: *chollob*, *chollof*, *chollov;* tegula: *ape*, *epe;* pene, fere, prope: *voro*, *voru;* os, oſſis. *Amomn*, *amumn*; ite: *cal*, *call;* lana: *lamûen*, *llamûen;* ſoror: *Chili*, *Chilli*, *Chile;* Regnum Chilenſe: *colù*, *collù;* color heluus ravus; *mogeli*, *mogelli;* ſi vivam *ruca*, *duca*, *ſuca;* domus: *huera*, *hueda*, *hueſa*; malus, a, um: *carù*, *cadù*, *casù;* viridis, crudus: *anùn*, *anun;* ſedeo: *ùnm*, *ùnm;* avis: *cuù*, *cu*; manus: *ancùn*, *anquen;* ſiccus: *vircùn*, *virquen*, ſubfrigidus: &c. 94. 198. 223.

5. Eſt etiam perfrequens, ut in fine vocum unam vel plures ſyllabas omittant. 1. in 2da perſona Imperativi. E. g. *matul* pro

ma-

matulge ; propera. 2do. in Nominibus propriis. E g. *Ancai* pro *Ancayecu. Alecoi* pro *Alecoyam. Paineu* pro *Painehuala. Huaiquilaf* pro *Huaiquilafquen. Huenull* pro *Huenullanca. Maripil* pro *Maripillan. Quintulem* pro *Quintulemu.* &c. 3tio. in nominibus conſanguinitatem ſignificantibus. E. g. *Lam* pro *lamúen ;* ſoror. *ṅau* pro *nahue ;* filia. 289. 5to. in hac voce *Huentu;* vir, homo. E. g. *mari mari pu Huen !* 506. 52.

De accentu dicetur n. 34. 298.

6. CAPUT II. De Nomine.

Numerus Singularis.

Nominativus x.	E. g. *Ruca*, domus. *Nuque*,
Gen. x*ṅi.* 24 26.	mater. *peṅi*, frater.
Dat. x*mo* v. *meu.*	*chao*, pater. *cucu*, avia.
Acc. x.	*pillan*, tronu, diabolus.
Voc. A. x. v. x *em* 200.	*lamûen*, ſoror. *Pilin*,
Abl. x*mo* v. *meu* v.	pruina. *Pelon*, *lux.*
egu. 290. 22.	*Namun*, pes. *Votm*,

filius. *Kdau*, labor. &c. Nam omnia & ſingula ſunt monoptota, quæ absque literæ mutatione, ac ſub una eademque terminatione flectuntur in numeros & caſus ope quarundam notarum vel particularum, quæ illis vel in fine vel in principio adduntur, ut monſtrat Paradigma: nam x ſupponit pro omni nomine, cujuscunque demum ſit ter-

minationis : idemque reſpective intelligatur de Pronominibus , verbis , &c.

7. Dualis :

Nom. x. *egu*.
Gen. x. *egu* ni. 26.
Dat. x *egu mo* v. *meu*.
Accuſ. x *egu*
Voc. A x *egu l*
Abl. x *egu meu* v. *mo*.

8. Pluralis.

Nom. *pu* x. v. x *ica*. v. x *egn*. 21. 180.
Gen. *pu* x ni. v. *ica* ni. v. x *egn ni*. 26.
Dat. *pu* x *meu*. v. *ica meu* v x *egn meu* v. *mo*.
Acc. *pu* x. v. x *ica*. v. x *egn*.
Voc. *A pu* x. v. *A* x *ica* v. *A* x *egn*.
Abl. *pu* x *mo*. v. x *ica meu*. v. x *egn mo* v. *meu*.

9. Genitivus plerumque præcedit ſubſtantivum ad quod pertinet : E. g. *Pedro* ni *piñom ;* uxor Petri. *Inche* ni *chao ;* pater meus. *Huinca* ni *mapu ;* Hiſpanorum terra, Hiſpania. *Ta* ni *chao*, *ta* ni *nuque*, *ta* ni *lamûen ta* ni *lan*. v. *Ta* ni *lan ta* ni *lamûen*, *ta* ni *nuque*, *ta* ni *chao ;* Mors Sororis, Matris Patris mei. 282.

10. Etiam Pluralitatem ſignificat *Que* poſitum inter adjectivum & ſubſtantivum. E. g. *Huera que che ;* homines mali *Pichi que mamll ;* parva ligna. *Cùme que cal* ; lanæ bonæ. 220.

11. Quoties nomen de ſuo & per ſe Dualem vel Pluralem denotat, vel jungitur cum Numerali; nec Duali nec Plurali opus eſt. E.g. *ge*, oculi: *epu* v. *cùla ruca*, duæ v. tres domus. Particula *pu* eſt arbitraria, poteſtque vel poni vel omitti. E. g. *meli huentu* v. *meli pu huentu*, quatuor homines.

12. Genera ſunt tantum duo, maſculinum & fœmininum; nec aliter cognoſcuntur, quam 1mo. ex natura rei: ſic *Chao*, pater; eſt maſculinum: & *Ñuque*, mater; fœmininum. 2do addendo *Huentu*, mas. *domo*; fœmina: v. *ùllcha;* Virgo. & perinde eſt num rationale, num irrationale ſit. E. g. *Huentu oviſa*, aries; *domo oviſa*, ovis; *ùllcha oviſa*, Agnes: *domo che*, mulier; v. *domo* antonomaſtice: uti *huentu*, vir: non *huentu che*. Aliquando etiam genus maſculinum ſignificatur per *alca* v. *allca;* E. g. *alca achahuall*, Gallus; quamvis proprie rem fortem, firmam, robuſtam, ſolidam vel duraturam ſignificet. E. g. *alca pirina*, fræ-num bonum, duraturum.

13. CAPUT III. De Pronominibus.

§. 1. De Pronomine primitivo.

Singularis.	Singularis.
Nom. *Inche*. Ego.	Nom. *eimi*. Tu.
Gen. x (*inche*) *ni*; meî.	Gen. x (*eimi*) *mi* v. *ni* tuî.

Dat. x *mo* v. *meu*. mihi.	Dat. x *meu* v. *mo*. tibi.
Acc. x. me.	Acc. x te. Voc. *AX!* ô tu!
Abl. x *meu* v. *mo*. v. *egu* a me.	Abl. x *mo* v. *meu* v. *egu* a te.

14. Exempla pro Confabulatione: *inei?* quis? *inche*, ego. *eimi em!* tu! *inche em*, quinimo. *Huaiquilaf eimi?* esne tu *Huaiquilafquen?* n. 5. *Huaiquilaf inche: inche mai: inche llechi: irche no cam ve?* ego ſum. *Añi aiùelchi Patiru egu* v *egn:* ò mei cari duo v. plures Patres! *A pu Chao!* ô Patres, ô Genitores! *inche eimi cam! inche eimiabun?* fortaſſe ego ſum ſicut tu. *Inche no eimi:* ego non ſum tuî ſimilis; non ſum is qui tu *eimi inchelaimi:* tu non es qui ego. *inche ñi aiùel ta DIOS:* DEUS amor meus. *mi aiùel inche llechi:* ego ſum tuus amor, quem tu amas. *inche ta ñi inche geum*: cum ſim qui ſum. *Nuque ema!* ô indulgentiſſima & ſuaviſſima mater. *pu peñi ema!* Cariſſimi Fratres. *ñi rito inche*; *rito inche*: hìc e regione. *eimi mi ple*, ante, coram te. *eimi mo cùtu:* a v. uſque ad te. *eimi cona? eimi cona geimi?* esne fortis, magnanimus? *cona inche*, *inche cona*, *inche conagen:* ſum medius fidius alter Hercules.

15. Dualis.	Dualis.
Nom. *Inchiu*. nos duo.	N. *eimu*. Vos duo; ambo; uterque.

Gen. x *iu* v. *yu* 53.	G. x *mu*
Dat. x *meu* v. *mo.*	D. x *meu* v. *mo.*
Acc. x.	A. x. Voc. *Ax*!
Abl. x *mo* v. *meu*, v. *egu*	Abl. x *mo* v. *meu* v. *egu.*

16. Exempla: *Inchiu cona*, nos duo viribus & animo præſtantes *eimu cùgen:* Vos duo terræ filii; abjecti & nullius animi. *eimi inchiu*; ego & tu. *teye eimu;* tu & ille. *inei rume inchiu;* neque ego, neque tu. *inei rume eimu;* nec tu. nec ille *eimi inchiu amomariu*; nos duo v. ego & tu orabimus. *mi peni eimu chgarcuimu;* tu & tuus frater vos invicem vulnerâſtis. *chem dgu geiu veichi huentu inchiu?* quid ille ad me. *uûaugei ta yu cùmen:* nos duo ſumus pares. *gei dgu inchiu mo:* nos duo habemus adhuc tractandum aliquod negotium v. negotiolum. *gehuelai dgu inchiu mo*: neuter alteri debet.

17. Pluralis.	Pluralis.
Nom. *inchin*. nos	N. *eimn*. Vos.
Gen. *xin*. noſtrî, noſtrûm.	G. *x mn*. veſtrî, veſtrûm.
Dat. *x mo* v. *meu*. nobis.	D. *x meu* v. *mo*. vobis.
Acc. x nos.	Acc. x. vos. Voc. *Ax!* ô vos.
Abl. *x meu* v. *mo* v. *egn* a nobis.	Abl. *x mo* v *meu* v. *egu.* à vobis.

18. Exempla: *Taftu inchin;* coram nobis.

bis. *inei rume inchin;* nec nos nec iſti. *Pedro, Franciſco inchin duguain:* Petrus, Franciſcus & ego loquemur. *mi pu peni eimn allcùmiſſapalaimn*: Tu & tui fratres non interfuiſtis ſacro.

19. Singularis	Dualis.	Pluralis.
N. *Teye.* ille.	N. *Teyegu.* illi duo.	N. *Teyegn.* illi.
Gen. *xni.* illius.	G. *x ni.*	G. *xni* illorum.
D. *xmeu* v. *mo.* illi.	D. *x meu* v. *mo.*	D. *x meu* v. *mo.* illis.
Acc. x. illum.	Acc. x.	Acc. x illos.
Abl. *xmo* v. *meu* v. *egu.* ab illo.	Abl. *x meu* v. *mo* v. *egu.*	Abl x *meu* v. *mo* v. *egu.* ab illis.

20. Ita pariter eodem modo:

Va, tva, vachi, tvachi: Hic iſte.	*x egu*	*x egn* v. *eign.* iſti.
Vei, tvei, veichi. idem.	*x egu*	*x egn* v. *eign.* iidem.

21. Quotiescunque his Pronominibus tertiæ perſonæ additur aliquod ſubſtantivum; particula Dualis vel Pluralis adhærebit ſubſtantivo. E. g. *Teye huentu egu*: illi duo homines. *Vachi domo egu:* hæ duæ fœminæ. *Vachi pu Ulmen*, iſti Divites, Nobiles. *Veichi pu mallûen*, eædem mulieres. *Cùme pu huentu*, boni homines. *pu Huinca cona*,

cona, milites Hiſpani. *Mari mari pu peñi egu; pu peñi egn*, Fratres ſalvere vos jubeo. *Pedro egn vùtalcoilladuguprabign*, Petrus & ſua Familia. v. ſui amici, v. ſuæ factionis homines falſo illum criminati ſunt *Apo eign malopaqueign:* Dux una cum ſuis bellum apparat. Sic enim aliqui loco *egn* dicunt vel pronuntiant *eign*.

22. Particula *egu* ſignum ablativi, inſtrumentum aut ſocietatem ſignificat. E g. *huinu egu*, cultro. *Pedro egu*, una cum Petro.

23. Exempla: *Tvamai, Teye no:* hoc potius, quam illud. *Tva chei, teye chei mai*, aut hoc, aut illud. *Vachi cahuallu* v *cahuallu tva*, hic equus. *Eimi tva* (ſubintel-iigitur *tauge*) hoc accipe. *Vei mo len*, hic ſto. *Vei mo knobin*, hic illud pono. *Inche ñi piel clei tva*, tibi hoc polliceor, in meque recipio. *Tei no cam?* nonne illud eſt v. an non eſt idem. *Vei tva*, eſt idem, illud eſt. *Vau* (idem quod *va meu*) *llechi*, hic eſt. *Vau mlen*, præſto ſum *Tva llechi*, iſtud eſt. *Tva Huaiquilafquen*, Ecce *Huaiquilaf*. 5. *Teye Huanquelinco*, ille eſt *Huanquel*. *Tva ta iñ mlen*, hic ſumus. *Teye ñi mlen*, ibi ſunt, iliic ſtant, expectant. *Teye ñi chao tva mai*, hic eſt ejus pater. *Veii*, eſt idem, ille eſt. *Veilai*, non eſt idem, ille. *Veipe*, ſit idem. *Tva llechi maupeal*, hoc

eſt

eſt bonum ad reſtes contorquendos. *Tva ticaabuel llechi:* inde poſſunt tegulæ confici. *Tva ta* ni *acutun*, ecce adſum, nunc venio. *Tva ta* in *nien pu Patiru !* ecce habemus Patres *Tva ta yu mtn peun*, nos duo non nos videbimus deinceps. *Tva ta* ni *mtnn*, hucuſque duntaxat pervenit: hoc & nihil amplius; hoc prætereaque nihil. *Chem mo* v. *chem egu rputubimi vachi mamll? cachal mo* v. *egu*, qua ratione, quo inſtrumento hoc lignum formâſti? Securi *Ladcùn egu cupaquei tùyùn*, lætitiam inſtar pediſſequæ comitatur affli&tio. *Inei rume Pedro Pablo egu quimChiliduguquelaimu*, neuter, neque tu Petre, neque tu Paule ſcitis linguam Chilenſem. *Chem vemlaian rume tva egu*, neutrum, neque hoc neque iſtud faciam.

24. §. 2 Pronomina Derivata.

Singularis: *Inche* ni; v. ni: meus. Dualis: *inchiu iu*, v. *yu*, utriusque noſtrûm. Pluralis: *Inchin in*; v. *in*. noſter.

25. *Eimi mi;* v. *mi*, tuus. Dualis: *eimu mu* v. *mu*, utriusque veſtrûm, amborum, ambarum, Pluralis. *Eimn mn;* v. *mn*. veſter.

26. Singularis. *Teye* ni; *Tva* ni; *vachi* ni: *veichi ni*: ſuus illius, hujus, iſtius. Dualis: *Teyegu* ni; *tva egu* ni; *vachi egu* ni; *veichi egu* ni. amborum; utriusque, illius, hujus, iſtius, ipſius, ejusdem.

Pluralis. *Teyegn* ni; *vachi egn* ni; *tva egn* ni; *veichi egn* ni. ſuus, illorum, horum, iſtorum, ipſorum, eorundem.

27. Exempla: *Inchin ta in Chao:* Pater noſter. *mi peni*, tuus frater. *inche ni te tva*, hoc eſt meum. *inche ni eluel tva*, hoc eſt datum a me: iſtud meum eſt donum. *eimi mi te tva no*: hoc non eſt tuum. *inche ni ruca; ni ruca inche; ni ruca*, mea domus. *inche jod cùmei:* meum præſtat, eſt melius. *inche ni acutun huemali ta mi acutun*, Te prior adveni. 23. 295 :6.

28. Hæc Pronomina: *Noſtras*, *veſtras* &c. fiunt addendo huic voci *mapu*, terra; particulam *tu*. 226. E. g. *inche ni mapu tu che:* conterraneus meus. *eimn ta mn mapu tu huentu*, veſter popularis, concivis. Sic etiam dicitur: *ni ruca tu che*, mei domeſtici. *Vau tu mançun*, hujus loci, domûs, oppidi bos. Sunt tamen & alii hæc explicandi modi: E. g. *mapu tu che inchiu;* v. *mapuhuen inchiu*, ſumus cives. *mapuhuen Pedro eimu*, tu & Petrus eſtis conterranei. 204. *Tucapel maputuche*, homines ex Tucapel. *Santa Feé egn*, homines Miſſionis *ſanta Feè*. *Cautùn che*, urbis Imperialis, v. qui habitant ad *Cautùn* Fluvium. *Millanamun egn:* familia *Millanamuni*.

29. Pronomen *Ipſe*, *Egomet* explicatur voce *quidu;* quæ vox etiam *ſolus* ſignificat. E. g. *Ta ni quidugen mo cùmei ta DIOS.* DEUS ſuapte natura bonus eſt. *quidu inche* v. *inche quidu*, Egomet, ego ipſe, ſolus ego. *quine antù quidulehuen*, tota die fui ſolus. *quiduvoe che*, Monachus, Eremita, homo ſolitarius. *quidu toquiuquei tva:* ipſe ſe & ſua moderatur, eſt ſui juris. *gelai quidu toquiun*, non eſt ſui juris. *quiduduamn*, ſum ingenuus ac mei juris. 193.

30. NB. quod Pronomina Poſſeſſiva nunquam ſola ponantur. hinc quando interrogant vel reſpondent. E. g. *inei ni te tva?* hæc res cujus eſt? non dicunt: *inche ni*, ſed addunt ſubſtantivum dicendo, E. g. *inche ni te tva;* v. *inche ni te:* mea. Vel reſpondent per Pronomina Primitiva. E. g. *inche.*

31. De Pronominibus *is*, *ea*, *id:* dicetur opportuniore loco. 181. 183. 184. Idem eſt de Relativis *qui quæ quod:* & Interrogativis: *quis*, *qualis* &c. 263. item de Adjectivis. 91.

32. CAPUT IV. *De Verbo.*

§. 1. DE VERBO

ABSQUE NEGATIONE ET TRANSITIONE.

E. g. *Lan*, morior. *gen*, ſum. *pin*, dico.

non

non, vinco. *elun*, do. *aiùn*, amo. *cupaln*, affero. adduco, traho. *uûimn*, incendo, &c. quia pro omnibus & ſingulis, nullo excepto, ſupponit x, cum enim omnia ac ſingula terminentur ac deſinant in *n*; ſolum hoc *n* mutatur, ùt docet, monſtratque Paradigma: E. g. La–n. ge–n. pi–n. &c. 92.

MODUS INDICATIVUS.

Tempus.

Præſen x – – n.	Perſonæ.
Imperf. – – bun.	Singularis: n. imi. i.
Præt Perf. – uyen.	Dualis: iu *v*. yu. 53.
Plusquamp. uyebun.	imu. iga.
Futurum. – – – an.	Pluralis. in. imn. ign.

34. Mox notandum accentum habere in ultima 1mo omnes primas Perſonas temporum Indicativi ac Optativi. E. g *elun*, *elubun*, *eluuyen* &c. 2do. Paſſiva in *el.* E g. *eluel* &c. 80 3tio. Gerundia Accuſativi, quæ non habent inſertam particulam *bi.* E. g. *eluam*, &c 66. 4to. Omnia Imperſonalia E. g. *piam*, &c. 101. 5tò omnes voces quæ finiuntur in *mom* v. *mum.* 210. 6tò omnes Infinitivi tam affirmativi quam negativi. E. g. ni *elun*, ni *elunon*, ni *eluuyenon*, &c. 49. 108 7mò quæ exeunt in *bum.* 67. 73. 8vò. omnes perſonæ verborum deſinentium in *bin* v *bi.* Scilicet primæ & tertiæ perſonæ. E. g. *elubin*, *elubi*, &c. 175. 9nò. nomina ab-

ſtracta: item primæ perſonæ Paſſivi. E. g. *temoǥen*, 285. *eluǥen* 96. &c. 10. omnia nomina habentia in fine *ù* particulare poſt aliquam vocalem. E. g. *uyaù* v. *uûaù*. 11. nomina quæ deſinunt in *r*. *f* vel *v* conſonantem. E. g. *utar*, *chollof*, *huiv*. Habent accentum in penultima. 1. Secundæ perſonæ ſingularis, item ſecundæ & tertiæ Dualis & Pluralis. E g. *eluimi*, *eluimu*, *eluiǥu*, *eluimn*, *eluiǥn*. 2. omnia tempora ſubjunctivi. E. g. *eluli*, *elulmi*, *elule*, &c. 3tiò prima ſingularis, & ſecunda Pluralis Imperativi. E. g. *eluchi*, *elumn*, &c. 4to Gerundia cum particula *bi*, *elubium*. &c. 5to. Participia tam activa quam paſſiva in *lu*. E. g. *elulu*, *eluǥelu*, &c. 6to Nomina ſubſtantiva & adjectiva quæ ſunt diſſyllaba, terminanturque in vocalem. E. g. *ella*, *nua*, *voro*, *chao*, &c. Reliqua omnia ſunt ambigua & ad libitum. Suppono quod pronuntiatio ſequatur accentum ita, ut illa ſyllaba pronuntietur longa, quæ notatur accentu.

35. Verba, quæ in prima perſona præſentis Indicativi v. Infinitivi ante *n* finale habent conſonantem; conjugantur pronuntianturque ac ſi ante ultimum *n* haberetur *i* vel *ù* vel *e*. E. g. *quimn*, pronuntia: *quimin* v. *quimùn* vel *quimen*, accentu in penultima ſeu ultima brevi. 3. En cum iis quæ haben-

habentur 51. 52. 53. 54. Proſodiam univerſam in una ſola pagina!

36. NB. Hanc linguam plerumque Præſenti uti pro Præterito. E g. *allcùn*, audivi. *pi*, dixit. ac propterea adhibent ſœpe *que* ut ſigno temporis præſentis. 220. E. g. *kdauquen*, laboro: *iquei*, prandet, comedit. Quamquam aliquoties etiam non obſtante particula *que* Tempus præteritum ſignificetur. E g. *gemequen cara mo*, fui in civitate. Item Futuro utitur loco Imperativi: imo etiam loco Præſentis, quando actio præſens certo eſt vel videtur futura. E. g. *Cheuaimi?* quo vadis? *cheu uutaiaimi?* quo iter inſtituis; quo proficiſceris: *cupaian*, volo comedere. 296.

37. Exempla: *Inei cam aucalmaputuuyei?* quis in Patria, Regno, Provincia res novas eſt molitus? quis fuit Author, Anteſignanus vel cauſa rebellionis? *uûau* v *quiñe mo urbigu*, uterque eſt ſubmerſus, ambo unà fluctibus hauſti, obruti ſunt. *Abuechi peuaiu*, neſcio quando nos duo nos videbimus iterum. (ironice, unde rectius: vale ſed ut brevi redeas, *v.* abeo ſed mox rediturus) 288 6. *dugucloaiu Apo:* unà loquemur cum Gubernatore *Vachi huentu inchiu amocaiu*, hunc h minem itineris ſocium habui. *Amoaiñ* v. *amoan pign*, cixerunt ſe venturos.

38. Imperativus.

Sing. chi. ge. pe. Dual. iu. mu. gu. Plur. in mn. gn.

39. Primis & ſecundis perſonis poteſt addi *ca:* ad excitandum animum. E. g. *yavuluge ca*, age dum; age ſis: cape bonum animum.

40. Tertia ſingularis poni poteſt loco tertiæ Dualis v. Pluralis addito *egu* v *egn.* E. g. *lape egu*, ambo moriantur; uterque occidatur. *lape egn!* pereant. 105. 106. Exempla:

41. *Lachi huedachi*, moriar modo ſatur! *cupachi*, væ tibi ſi venero. *deutuchi pin* v. *piun*, iram continui, animo imperavi *calli vempe*, auſit ſi lubet! ſine faciat. *calli piaupe*, abeat in malam crucem. *callipe mai*, ſuas ſibi res habeat. *Larumege*, *tanarumege*, utinam pereas: Dii te perdant. *amoge amoge peni*, quod differtur non auffertur: nondum omnium dierum ſol occidit: pœnitebit te facti frater, amice! *yemein ca dgu*, Tranſeamus ad alia. *afpe vachi dgu*; *huenu prape*, *pu pulli conpe; conai:* omittamus illa, obruamus iſta ſilentio; oblivione deleantur. *cupalige pelon:* affer lucem.

42. Optativus.

Imperfectum. abun. | Perſonæ formantur ut N. 33. mutando n.

Per-

Perfectum.	uyean.	Primæ perſonæ in *imi*, *i*: *iu*, *imu*, *içu*, *in*, *imn*, *içn*.
Plusquamp.	ayeabun	

43. Tempora Optativi adhibentur aliquoties loco ſubjunctivi. E. g. *Vemabun*, facerem.

44. Item ſignum optantis, deſiderantis v. optativi eſt *chi* affixum ſubjunctivo: E. g. *ibulichi*, vellem edere, utinam haberem ad comedendum. Item *vel* v. *velem* annexum verbo vel ſubſtantivo. E. g. *Putunvelem*, vehementer ſitio. *duamvel*, habeo quod petam, obſecrem. Plura docebunt

45. Exempla. *iabun*, fame crucior. *laiabun pin*, deſideravi mihi mortem. *huenneabun pita ni duam*, habui animum furandi, voluntate in furtum conſenſi. *lachi pi*, mortem ſibi optat, peroptat. *pulcu em!* ubi, unde hauſtum acquiram! *cùme duam mo çillacaiabun quine cahuelln*, *pebuli*, emerem equum, ſi invenirem. *çemeabuli cara mo*, *aldûn cullin cupallaibun*: afferrem multa, ad civitatem ſi irem. *peabun em!* quidquid darem, ut viderem. *quimabun ta ni huerin*: *quimabun mai*, *çei chei ta ni huerin*: cuperem ſcire, quid vel in quo peccaverim. *vachì antù acutuabuicam?* non adducor, ut credam eum eſſe venturum hodie: hodie eum mini-

minime expecto. *pichin miſqui iabun em*: quàm vehementer nunc parum mellis mea natura appetit! *chumabui*, *chumȝeabui!* quid agas.

46. SUBJUNCTIVUM.

Tempus		Perſonæ.			
Præſens – –	li.				
Imperf. – –	buli.	Singularis	i.	mi.	e.
Perf. – –	uyeli.	Dualis	iu.	mu	ȝu.
Plusquamp.	uyebuli.	Plural.	iṅ.	mn	ȝn.
Futurum 1. –	ali.		vel		
Futur. 2dum.	abuli.	Sing.	li.	lmi.	le.
Aoriſtus 1.	uyeali.	Dual.	liu.	lmu.	lȝu.
Aoriſtus 2.	uyeabuli.	Plur.	liṅ.	lmn.	lȝn.

47. Tempora Optativi funguntur nonnunquam vice temporum ſubjunctivi, uti dictum 43 E. g. *Vinu cupalbuimi*, *vill ta mi aiünque* v. *duamvel yeabuimi*: ſi afferres vinum, quodcunque velles, aufferres.

48. *ȝemeali cara mo*, *aldùn cullin cupalan*; ſi ivero in urbem, multa inde adducam: *rupale quiṅe cùyeu*, *cupatuan*: redibo poſt menſem. *chillcatuli*; v. *denma chillcatuli*; *umautumen*, poſt ſtudium eo cubitum. *ṅi aiüam*, *ṅi aiübuam*, &c. ut amem, ut amarem &c. 66. 110. 141. *mi aiüam*; ut ames. &c. 291 : 17.

46. INFINITIVUS.

Tempus.

Præſens — —	n	His Infinitivis addun-
Imperf. — —	bun	tur Poſſeſſiva 24. pro-
Perf. — —	uyeen	ut recta ſignificatio
Plusquamp.	uyebun	ſenſusque poſtulave-
Futurum 1. —	an	rit; ut exemplis fiet
Futur. 2 —	abun	perſpicuum.
Aoriſtus 1. —	uyean	
Aoriſtus 2.	uyeabun	

50. Exempla. *manumbin ta mi elun:* quod mihi das *v.* dediſti *v.* tuum donum gratificor. *cùmeitamn pibun*: dicebatis bene. *cûmei ta in gúmatum ta in puchao ta ni lan mo:* mortem parentum deplorare juſtum, æquum, bonum eſt. *cúmelai ladcún hueril-cagen mo:* non eſt bonum illatâ injuriâ triſtari. *gehuelai ulchen* v. *ulcheun*, vendere homines deinceps non licet, non eſt amplius licitum *cùme dgu ta in nien ta in Patiru*: bonum nobis eſt nos habere noſtros Patres. *cùmei ni aiun ta DIOS:* pietas ad omnia utilis. *DIOS ta mi aiueteu ta mi montuuyen*, DEO O M. adſcribas, quod evaſeris. *cumei tùyùn cùme vemn mo*: lætari de operibus bonis non eſt illicitum. *ape quine cùyeni ta ni acutun*, v. *acutuuyen*, *acutuel*, *acutumom:* ex quo redii, ferme integer elapſus eſt menſis. 62. 63.

51.

51. NB. Quotiescunque verbum deſinit in *in*; *n* ultimum in ſecunda perſona Indicativi & Optativi non mutabitur in *imi*, *imu*, &c.; ſed in *mi*, *mu*, *mo*: idque Euphoniæ gratia E g. *in*, edo, comedo, manduco *imi*, ediſti: *pin*, dico: *pimi*, *pimu*, *pimn*. Verba autem, quæ per accidens in *in* exeunt; in omnibus Temporibus, Perſonis, Numerisque *i* mulctantur. E. g. *elubin*, *elubimi*, *elubi*, *elubiu*, &c. 175.

52. Quando ante *imi*, *i*, *iu*, *imu*, *imn*, præcedit vocalis, utraque vocalis coaleſcit in unam ſyllabam. E. g. *ado peaimi*, nunc videbis. *peaimi* eſt triſyllabum. *pegei*; videtur, apparet: diſſyllabum. Non tamen ſi præcedat conſonans: E. g. *cupalimi*, trahis, affers, adducis: *cupalimi* ſunt quatuor ſyllabæ.

53 *Uyen* pronuntiatur vel ut *uyen* diſſyllabum, vei ut *uien*, triſyllabum, ſecunda brevi, idem eſt de *uye* v. *uie* interpoſito in aliis temporibus. Item perinde eſt dicere *yu*, monoſyllabum, aut *iu* diſſyllabum: *aiùn* v. *ayùn*, amo; *amuiu* v. *amuyu*, eamus: *Bùrenien* v. *Bùrenyen*, compatior.

54. Ejusdem Euphoniæ ergo interponitur inter *aa* unum *i*. E. g. *laan*, *laian*; moriar; & pronuntiatur vel *layan* v. *laian*: & ſemper in idem recidit.

55.

55. NB. Sœpenumero verba, quæ habent *l*, quantumvis ſignificationem habeant toto cœlo diverſam; videntur omnino eadem vel ſynonyma ut *pelan*, non video: *pelan*, video mori: *cupalai*, non venit; *cupalai*, afferet, &c. 46. 80 87. 94. Ad tollendam igitur hanc amphibologiam notabimus *l*, quando neceſſe fuerit, accentu E. g. l, aut notabitur alio caractere, e. g. gothico vel curſivo: at non erit neceſſe, ſi dictum *l* eſt litera initialis, vel particulæ negativæ *la* 105. aut nota ſubjunctivi, 46. 131. vel participii, 80. aut particula *le*, *lle* 205. &c.

56. Hæ dictiones: volo, vellem, volui; explicantur vel anteponendo *cùpa*, vel *duam* interponendo. E. g. *cùpa confeſſabun* v. *confeſſaduambun*, vellem confiteri. Alios modos videre erit in exemplis.

57. Exempla: *amomariabun*, vellem orare. *AllcùMiſſaian pibnn*, cuperem audire Sacrum. *nellipuquen ta* ni *amomarial*; v. *amomarian piquen:* volo, cupio orare. *quintuquebubin ta* ni *lagmabubiel*, quærebam illum occidere. *quintuquen ta* ni *laial*, mors eſt, quam mihi quæro, cupio, deſidero. *quintuquebuimi ta mi ulmengeabuel*, v. *ta mi ulmengeabun*, quærebas tibi divitias, volebas eſſe dives. *laduami*, agit animam, jacet moribundus. *Huampuan piquen* v. *piquei ta*

ni

ni duam, lintrem conficere v. navigare cogito. *re ian piqueimi*, v. *piquei ta mi duam*, ſolùm cogitas cibum & potum. *ni votm duami* v. *duamtuquei*, de filio eſt ſollicitus. *duamtuquei ta ni uùtaial*, iter meditatur.

58. Hi modi loquendi: dicitur, fertur, rumor v. fama eſt, &c. vertuntur poſtponendo *piam* E. g *ca Patiru cupaiai piam:* alius Pater huc venturus dicitur. *Hueni piam:* puerum vocant. *elge meſa piam*: jubent ſterni menſam. Poteſt etiam verbum *pin* adhiberi in aliis Modis, Temporibus, Perſonis, Numeris prout ſenſus poſtulat. E. g. *Pelon pigeimi*, lucem juberis afferre. *Co pi Apo*, Dominus aquam petit, v. dixit: Aqua, qui eſt proprius modus loquendi & Idiotiſmus hujus Linguæ: ſed de hoc fuſius. 234. 237. modò ſufficiant hæc pauca.

59. Exempla: *pulcu pin*, volo bibere; ad bibendum venio, adſum *lagmgepe pi*, vult ut occidatur. *pelmtugechi pin*, peto ut me hoſpitio accipiant. *pltulgepe pigeimi*, petunt ut te ſuſpendio necent. *mi pigenon piqueimi*, dicis tibi non dicta: non dicenda. *Tva mi pigenobun llechi:* non eſt hoc quod tibi dicebatur. *mi pivalnoal piqueimi*: dicis quod dicere tibi non eſt licitum. *Ktal cùpalaimi piam:* juberis afferre ignem. *laiai pi ampincaman*, Medicus dixit illum moriturum.

uan

uan pilan: non dixi me iturum. *Vei vemquilmi pieimi*, ne illud facias, moneris. *laian em pii piam* v. *pigei*: dicunt illum dixiſſe ſe moriturum. *acutui pigei allcùn*: audivi dici eum adveniſſe. *lai pigei:* fertur obiiſſe. *vemge* v. *vempe ni pium vemquelai:* quantumvis ego ipſi id mandaverim, præceperim; non fecit, neglexit. *Vemabun cam chi, cùmpemgei ni piabueum chei?* Egone id facerem, ut dicerer eſſe ſtultus. *Huenevoegei*, v. *hueneiauquei ni pigen:* dicitur fur. *cùmelcai ni pigen:* audit liberalis. *mi pigen tva:* ita de te prædicant. *pigen tva:* hic eſt rumor, qui ſpargitur. *piam dugu:* fabulæ & inania verba.

60. Poſſum dare, &c. fit antepoſito *pepi;* quod eſt verbum *pepin*, poſſum 281. 801.

61. Exempla. *Pepi umautulan:* non poſſum dormire. *pepilan vachi cùdi:* neſcio qua ratione, quo modo hoc lapide molam. *cupaiai chei:* fortaſſe veniet. *pepi ulaian piai:* dicet venire ſe haud poſſe *lemlaiabimi vachi mamll:* num par es huic ligno E g. attollendo? *lemlaian*: ſum impar. *yavùduamhuelan*: non poſſum ultra. *ni mtetun, mtnn, mtpun, cupamontulbin*: facio quantum poſſum, ut illum liberem. *mi vemn vemaimi*: facies quod in te eſt. *ni elubiel eluabin:* dabo quando potero. *mogen mogequen:* vix

vitam

vitam duco. *elun eluain:* dabimus ſi potuerimus. *cupan cupaiam:* veniunt ut licet, poſſunt, ſumptus & vires ſinunt. *pepi amomarilaiaimi* v. *ɿupallaiaimi quine amomariqueum:* non poteris recitare unum Roſarium *allcùMiſſapalaiabuimi rume?* nunquam venies ad audiendum Sacrum. *contuvallaimi:* non potes intrare, es impotens. *Epu duam uyau tutelvallai:* fruſtra quis duos lepores inſequitur: nemo poteſt duobus Dominis ſervire.

62. Hæc: ſcio, audio, videtur, meretur &c. fiunt vel per Infinitivum vel per Subſtantiva.

63. Exempla: *quimn ta mi cùme moȝen, ta mi Chriſtianoȝen, ta mi cùme piuque:* mihi conſtat de tua bona vita; te eſſe verum Chriſtianum; bonæ voluntatis, indolis. *allcùn ta mi ulmenȝen;* audio te divitem, nobilem eſſe. *allcùn ta mi laȝmuyen* v *ta mi laȝmmom.* audivi te occidiſſe *allcùllen ta mi aiùbiel ta mi Chriſtianoȝeal:* percipio te velle fieri Chriſtianum. *cùpa piluan em:* puto me inſurdeſcere. *duamtumn ta mn Chriſtianoȝen*, reminiſcimini, memineritis, cogitate vos eſſe Chriſtianos. *vemgelai pin*, arbitror ita non eſſe. *ȝei ta ni duȝulabin*, habeo quæ tibi dicam, loquar. *leû quimn ta milauyeabuel, hueichamebulmi:* certo ſcio te

in

in prælio, ſi interfuiſſes, fuiſſe occiſum. *quimbimi ta ni quimn:* ſatis ſcis me ſcire. *pequellebin ta mi huerachegen:* cognoſco tuam malitiam, te eſſe hominem malum, perverſum. *raquilabimi ta mi nuagen* v. *ta mi nuageimi:* non te pudet tuæ luxuriæ, malitiæ. *quinturquebi ta ni cùmeleal:* videtur quærere quæ ſua ſunt; ſibi eſſe bonus, cutim ſuam curare. *cùmerqueimi pin, cúmer quei pieimi:* videris mihi vir bonus. *chillcatulai pigeimi:* diceris non incumbere ſtudiis. *aldú chovúgei pigerqueimi*, v. *piqueam*, videris eſſe valde piger. *Pevali ta DIOS cúmequeche*, boni merentur Deum videre. *Vúta Apo gevalimi:* mereris Regnum vel Rex eſſe. *quimn chillcatun:* ſcio ſcribere. *cúmelcangei ta in lagmabiel ta in pu caine:* expedit nobis hoſtes noſtros occidere.

64. GERUNDIUM GENITIVI.

Fit ponendo Subſtantivum loco Verbi, unde derivatur. E. g. Tempus laborandi: Verbum eſt *Kúdaucan* laborare: Subſtantivum *Kúdau*, labor: *antú* ſignificat tempus, dies. Dic igitur *Kúdau antù*. 543 & ita de reliquis. Plura in exemplis. Neſcio an hæc vox *kúdau* non ſit eadem quæ *Κηδος* græce; latine labor: adeoque Græci pronuntiaverint ſuum *η*, ut Indi-Chilenſes ſuum *ú* particulare. 115.

65 Exempla: *Eluquibilmi ta ni duguyequeum egn:* non des ipſis cauſam murmurandi. *eluquellebige ta ni cutanduamqueum ta ni huerilcan mo*, v *ta ni cutanduamam:* propone ipſis motiva doloris v. dolendi de ſuis peccatis. *niei vachi huentu ta ni datuabiel reche aldún tipantu mo* v. *niei ta ni datuabium:* habet hic homo in multos annos materiam perſequendi v. cur, unde, quare Indos perſequatur. *Langei*, adeſt vitæ v. moriendi periculum. *Huedon gei*: En periculum rumpendi caput. *utfnaün gei:* datur periculum ruendi, cadendi, decidendi in præceps. *Apelpapebui ta ni laiabuel:* parum aberat quin morerer *ape urbi:* vix non ſubmerſus eſt. *unaduamn* v. *cutanduamn ni huerilcan ni vla:* doleo de peccatis meis. *Chovuqueimi ta mi cutanduamn* v. *ta mi cutanduamal ta mi huerilcan mo*: tibi non lubet te ad dolorem peccatorum tuorum excitare.

66. GERUNDIUM ACCUSATIVI.

Præſens – – am.	His adduntur Poſſeſ-ſiva. 24.
Imperf. – buam.	
Perfectum uyeam.	ni. mi. ni.
Plusquamp. uyebuam	iu. mu. ni.
	in. mn. ni.

67. Loco *am* etiam dicunt *al* quod eſt Futurum primum participii Paſſivi *ael* 80. E. g.

E. g. *Ta mn duamtuam* v. *duamtual ta mn pibiel, munan nemel meu unopituquellen:* ut jam dicta vobis in memoriam revocem, ea paucis repeto.

68. Idem Gerundium non inepte explicatur per *mo.* E. g. *Chillcan mo cùmei*: ad ſcribendum inſervit.

69. Aliquoties Gerundium Accuſativi fit ut Gerundium Genitivi 64. E. g. *Ampin lahuen:* herba ad ſanandum.

71. Exempla: *Tva ta ni laiam:* Hoc mihi vitam auferet; afferet mortem. *Cùmei vachi mamll tpuam:* lignum ad verberandum. *Cùmelcage ta mi aiùpranoam:* ut dent, da; ut faciant, fac; ut ameris, ama. *Cùmei yeam* v. *yegeam:* utile ad portandum. *gepai mapu mo ta ni raquigeam pu ulmen mo:* venit huc, ut honore afficeretur; ut populi auram, plauſum, munera conſectaretur. *Lapai Chili mapu mo*: in Chilim moriturus advenit. *Cùmei DIOS aiùalmo, cùmei Dios ni aiùgen, ni aiùgeal, aiùgeam, aiùgen mo:* DEUS eſt amandus, amore dignus. *nien quine huaca lagmal:* habeo vaccam, quam occidam. *nien quine cahuallu lagmam:* habeo equum, quo occidam. *mançun nielan ta ñi quetaiam.* non habeo boves, quibus arem, v. ad arandum. *cùmei vachi ilon i-*

loal mo v. *ilongeam mo:* bona eſt hæc caro ad comedendum. *cùmei cancabuel mo* v. *ni cancalgeabum:* bona eſſet aſſa. *chumam* v. *chumal vachi huaca? quetaiam: lagmal:* ad quid iſta vacca? ad arandum: ut occidatur. *chumal vachi mamll? ktaltual*; *tpuam:* ad quid lignum hoc? ut incendatur; ad verberandum, ad focum, ad verbera. *vau mo mlei quine chançu laumal:* en porcus deglabrandus, depilandus. *cupaleleimi vau meu ta mi mlepraiam* v. *ta mi mlepraial mo:* num te huc, otio ut vacares, adduxi. *ùte ta ni conoalu* v *ùte ta ni conoam:* ne frigus intret. *cùllin ta ni elugealu* v. *elugeam:* ut mercedem accipiat *apelpapei ta ni vùchaael* v. *vuchaiam:* ſeneſcit. *aldùhuei ta ni acutuam:* non veniet tam cito. *quine tipantu moi* v. *pitui ta ni cayu mari tipantuam* v. *tipantual:* unus annus mihi deeſt, ut ſexaginta numerem. *cùla antùhuebui ta ni nùdhuelgeabum:* tres dies reſtabant, ut reſti ſuffocaretur. *gelai ta ni mogeam:* non habeo ad me ſuſtentandum.

72. GERUNDIUM ABLATIVI.

Tempus.

Præſens – –	um	
Imperf. –	buum.	
Perfectum –	uyeum.	His addi poſſunt
Plusquam.	uyebuum.	Poſſeſſiva vel integra
Futurum 1. –	aum.	24. vel abbreviata. 66.

Futur.

Futur. 2. – abuum.
Aoriſtus 1. uyeaum.
Aoriſtus 2. uyeabuum

73. Loco *um* ſœpe ponitur *ium* Euphoniæ causâ. 55. E. g *inaituum* v. *inaituium DIOS ni piel, praiaimi huenu mapu mo:* obſervando mandata v. præcepta Dei, cælum conſcendes. Item dicunt *bum* per ſyncope loco *buum*.

74. Idem Gerundium fit per Infinitivum poſtponendo *mo* v. *meu*: ſupletque pro Participiis. E g. *ni inalelu confeſſabun mo, elcabin quiñe huerilcan:* confitens v. quando confitebar ultima vice; peccatum reticui. Plura docebunt

75 Exempla: *Kùdaucan mo* v. *kdaucamom cupai iom pen:* lucrum acquiritur laborando: impigris, impigre laborantibus pretioſa pecunia nubit. *cùme moɡeum* v. *cùme moɡen mo llùcan ɡelai*: recte faciendo neminem timeas *mi mupium*, v. *mi mupin mo*, v. *mi mupiel mo aiecauɡe*: dicendo verum, in ſinu tuo rideas licet. *ta mi quiñechi huerilcamom leû llùcaqueimi*, vel ſemel ſi peccaveris, quod recte timeas, habes. *Chillcatun mo llumùdn*, ſtudendo lumen oculorum amiſi *aiebui, aiebulu, petu aiebulu lai:* ridens, ridendo, inter ridendum obiit. *aldùn tùjùn*

ta mi pebin mo v. *ta mi pemom mo:* de tua præſentia vehementer gaudeo v. gaviſus ſum. *chem ulaiabuimi ta mi peabubium ta DIOS*, quid dares pro DEO videndo. *ʒenoum chem ulʒeai*, nemo dat quod non habet, ex nihilo nihil fit. *ni chao ni moʒebuum*, quando tuus parens adhuc erat in vivis. *inche ni acunoium ula, ni acunon, ni acuuyenon ula, inche ni acumonom, inche acunobuli, inche aculabun ula; eimi acutuimi*: antequam ego advenirem; jam tu aderas. *pen meu ptmtuquen*, tabacum, ſolùm dum offertur, ſumo, haurio. *ni huerilcan mo* v. *ni huerilcaum mo ta che tpuntuʒequei alhue ni ruca mo*, propter peccata homines in inferno puniuntur.

76. SUPINA.

Hoc Supinum: venio viſum, &c. fit per particulam *pa*. *E. g. pepaquen*, venio viſum. *allcùmiſſapan*, venio auditum Miſſam. 213.

77. Iſtud: eo viſum; formatur interpoſito *me*. E. g. *pemen*, eo viſum. *yemeʒe co*, i allatum aquam 209.

78. Hæc dictio: Redeo e. g. ex templo, ſchola, &c. ita vertitur: E. g. *allcùn Miſſa, vei ni cupan*, interfui Sacro; inde redeo. Reliqua declarabunt

79.

lagmuprachi, non ero primus nec ultimus, qui ſibi manus violentas inferat, vitam tollat 5to. cum *ni duam*, idem eſt ac ſponte, ultro. E. g. *calli ni duam elueneu*, ſponte mihi illud dedit. *calli ni duam huerilcalu*, *nehue glamtuvali*, acri reprehenſione dignus eſt qui ſponte peccat. 6to. ut in hoc exemplo. *calli vemquilmi*, *raquilahin*, facias non facias, parum curo, non commoveor, non laboro, nihil ex eo ſum ſollicitus. 7mo. idem ſignificat quod *re.* 222. *calli duguqueimi*, nihil aliud facis, quam fabulari, garrire, verba fundere. 8vo. idem eſt quod ſine, non impedias. *calli cupape*, ſine, veniat. *calli amupe*, ſine, abeat, non eum detineas. *calli mlepe*, linque, relinque. *calli lachi*, *huedachi*, moriar, modo ſatier. 9no. *calli peaimi*, quod differtur, non auffertur, experieris ſuo tempore 10. de *calli* fit verbum *callin.* *callipe mai*, faciat, at pœnitebit.

194. *Chi.* 1mo. additum participiis hæc facit adjectiva. 84. 2do. ſuplet pro Participiis. E. g. *cogelu* v. *cogechi co*, aqua datur, adeſt. 3tio. adjungitur Verbis & Nominibus omnis generis, plerumque tamen *va*, *vei*, *lle.* 4to eſt particula exornativa, & nonnunquam ponitur ſeorſim. 287 : 3 295 : 2.

195. *Cle* v. *Le.* 205.

196. *Clo.* Hæc particula duas habet ſignifica-

ficationes. 1ma v. altera eſt: juvare, adjuvare, ſe adjutorem præbere. *catucoɡiclon*, in frumento ſecando, reſecando, adjuvare. *coclon*, in aqua apportanda juvare. *cùnaclon* in colligendo ſtramine. *tucahuellluclon*, in equo capiendo. *Miſſapiclon*, inſervire Sacro. 2da v. altera: facere aut pati idem & eodem tempore. E. g. *laclon*, unà mori. *leſclon*, *necùlclon*, ſimul volare, currere. *duɡucloaiu Apo*, unà loquemur cum Superiore *Tva huentu ta ni huenecloeteu* v. *ta ni huenemom*. 210. v. *tva huentu huenecloeneu*, en qui furatus eſt unà mecum. loco *clo* adhiberi etiam poteſt *uûau*, *quine mo*. E. g. *uûau*, v. *quine mo urbiɡu*, unà fluctibus hauſti, ſubmerſi ſunt. *epu duam uûau tutelvallai*, pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, fruſtra unus duos lepores inſequitur.

197. *Cno* v. *Kno*: Hæc particula duo ſignificat. 1mo. ponere rem ut per verbum exponitur. E. g. *lpuknobiɡe*, pronum colloca. *paillaknobiɡe*, pone ſupinum. *uneknon*, ponere primo loco. *hueluknon*, inverſum ponere. *peknobiɡe ta mi laial*, imaginâre te moriturum. *peknobimn ta mn apoɡeal*, fingite futuros vos eſſe Superiores, Duces, Reges. *ta ni cùmechecaun mo tapmknoquebi ta ni gnen*, per ſimulationem ac ſpeciem Religionis decipit, pietatis ſpecie fallit, pal-

lio Sanctitatis nequitiam tegit. *caknotubi ta ni uûi*, mutavit nomen ſuum. *aibin knoun*, ſe ornare, comere, pingere. 2do. linquere rem in eo ſtatu, quem verbum explicat. E. g. *dugulknon*, liqui rem commendatam. *elknon*, liqui collocatam. *piknobin*, liqui dictum, præceptum, mandatum.

198. *Cù* eſt particula mere exornativa, additurque illis verbis præcipue, quæ deſinunt in duas conſonantes, ſive ſint activa, ſive neutra. E. g. *chgarn* v. *chgarcùn*, vulnerare, ſauciare, ferire. *tafn* v. *tafcún*, convenire, confluere, concurrere in unum locum. *abn* v. *afcùn*, finire, conſumere. Raro ſequitur vocalem. E. g. *muricùn*, reſpirandi facultate laborare. Sæpe etiam eſt pars verbi. E. g *ifcùn*, nudare v. g. pomum putamine, putamen pomo detrahere. *cafcùn*, aliquid in aurem loqui, inſuſurrare, ſuggerere alicui. *orcùn*, deglutire. Indi Miſſionum, ſeu qui in Miſſionibus vivunt, degunt, habitant; hanc particulam *c*ù ſæpe mutant in *qui*, præcipue quando eſt in medio dictionis. E. g. *afquiduamn* v. *abcùduamn*, aut quando ſequitur verbum *iaun*, ire. *lefquiiaun*, currere, vado currens. *nampùllquiiaun*, ambulo, eo ambulatum. At quando eſt ſyllaba finalis, raro dicunt *qui*. E. g. *mtorcùn*, quamvis. *Huiliches* etiam *mtorquin* dicant.

dicant. Tantum in uno verbo *ponquin*, intumeſcere ; & in uno nomine *chaçquin*, fluminis pars, à *chaçcùn*: in partes dividere, ponunt *qui* pro *cù*. Cauſa hujus mutationis eſt, quod ù ſæpe mutatur in *i*. 1. 4. Duo adhuc ſunt notanda. 1. quod hæc particula eſt diverſa a *qui* negante Imperativum. 104. 2. quod verbum *raquin* eſt verbum ſimplex; non compoſitum, & quando eſt compoſitum E. g. *raquiduamn*, non poterit mutari in *racùdumn*.

199. *El* additum Nomini ſignificat illud pertinere ad ſpeciem vel rem illam, quam Nomen ſignificat, ita ut ſit illius pars, vel ſaltem illi ſimilis, vel ejusmodi quid. E. g. *Che*, homo. *cheel*, res hominis, vel ſimile homini v. g. monſtrum. *açe*, facies. *açeel*, quod videtur habere faciem v. g. ſpectrum. *piuque*, cor, *piuqueel*, pars cordis, vel quod tenerrime amatur. *A ni piuqueel*, pars cordis mei, qui mihi in medullis hæret, quem fero in oculis; cujus amore flagro. Sic *ni piuqueael* v. *piuqueal*, qui mihi hærebit . . quem feram . . cujus flagrabo. *piuqueabuel*, &c. 80.

200 *Em.* 1mo. eſt Interjectio ac nota commiſerationis. E. g. *Ehu em!* Ah, heu! *inche em!* o me miſerum, o me perditum! 2do. eſt vocativum: & ordinarie quando vocant

vocant aliquem, addunt in fine, urbanitatis, humanitatis vel alterius affectus monſtrandi cauſa, *em*. E g. Filius matrem vocat *Papai em*. *aiúel em* v *ema*, Dilecte mi! *Patiru em!* o Pater mi! 3tio eſt nota Temporis præteriti & elapſi. E. g. *ɡebui em vachi dɡu*, ſic erat olim in ſeculo illo aureo *calcu em*, magus antiquus. *cona em*, miles veteranus. 4to eſt particula exornativa. 295. 5to eſt ſignum admirationis. E. g. *oviſa em!* o quanta ovium multitudo! *cùme tipantu em!* o annum felicem fauſtumque! *cúmei em ta DIOS!* o quam bonus eſt DEUS! 6to eſt ſignum ingentis deſiderii. *Mapu em!* o dilecta Patria! ſed quis me transferet illuc. 45. 7mo. formať diminutiva, & eſt nota amoris, urbanitatis. *votm em*, filiole. *Patiru em*, plurimum dilecte Pater v. Patercule. *atùn em*, nonnihil defatigatus ſum (NB quidquid hic ponitur in maſculino eſſe reſpective intelligendum de genere fœmino. v. N. 12.) *Millapalmimi em! millapalm* partes ſequeris, illi adhæres, illum amas, colis, adoras.

201. *ɡam*, *ɡamno* Significat 1mo. omnes ſimul. E. g. *ɡamcùpalaiɡn*, nondum omnes adſunt, aliqui adhuc deſunt, deſiderantur, addito *no* notat rem eſſe parvi momenti. Sic *ta ni ɡamno*, *ta ni pichique ɡamno*, meæ reculæ, mea curta ſupellex. 2do. *ɡamno*, æquivalet

quivalet genitivis parvi, flocci, nihili. E g. *ǥamno huentu*, homo plebæus, vilis, ſordidus, ridiculus *ǥamno cullin*, bona parvi æſtimanda, res nullius valoris, prætii. 3tio eſt idem quod fruſtra. *vemquilmi*, *ǥamnomlquepraimi*, ſine, omitte, ceſſa, fruſtra labnras, ſterilem fundum colis, littus aras, ſurdis prædicas. *ǥamnoquintun*, fruſtra quærere. *ǥamno elun*, fruſtra expendere, prodigere. *ǥamno pin*, inutilia loqui, effutire, garrire. *paiǥo* fere idem quod *ǥamno*, ſed minus uſitatum. 726.

202. *Hue.* Hæc particula ſæpe confunditur ımo. cum *hue*, novum, recens: *hue curam*, ovum recens. 737. 2do cum *huen*. 204. 3tio. cum numeris cardinalibus, dum tempus futurum aut præteritum ſignificant. 541. 4to. cum Nominibus in *hue* v. g *alhue*, mortuus, qui exceſſit e vita: Diabolus. 5to quando eſt pars eſſentialis verbi vel Nominis v. g. *lahuen*, medicina, herba medicinalis. *llahuen*, fraga. Significat autem 1. plus, magis, amplius. E. g. *huerilcahuelaian*, amplius deinceps non peccabo. *ǥehuei*, ſupereſt, plus datur. *epuhuei*, reſtant duo. *ihueduamquelan*, non habeo amplius cibi appetentiam, edendi cupiditatem, non amplius eſurio. *quine tupuhuei*, una leuca reſtat. Diſtinguitur autem particula *hue* a particula

tu

tu 226. quod hæc iterationem ſignificet v. g. *vemtun*, facere iterum; illa autem ab iteratione præſcindat, ſignificetque deinceps. Et propterea hæ duæ particulæ quandoque in eodem verbo concurrunt v. g. *huerilcahuetui*, in idem peccatum recidit, ad vomitum eſt reverſus. 2do ſignificat tempus continuum, præſertim ſi eſt conjunctum cum *te*. 205. E. g. *quiñe cúyen tanalchuen*, integro menſe æger, ægrotus, ab infirmitate proſtratus decumbo. *quiñe antù quidulehuen*, toto die fui ſolus. 3tio ſignifiat locum aut inſtrumentum. 89. 4to eſt idem quod deſideratur. E. g. *quiñe tipantuhuei cayu mari tipantual*, unus annus deſideratur ut annos ſexaginta numerem, compleam.

203. *Huele* antepoſitum improbat, vilipendit, vituperat actionem verbi. 740. *Huelu*. ibid. *Huema* 741.

204. *Huen* additum Subſtantivis, varias illis ſignificationes communicat. 1mo. eſſe ſodales, collegas, aſſeclas, ejusdem ſectæ, factionis, partium. E. g. *mapuhuen*, ejusdem Patriæ. *conahuen*, commilitones, ejusdem centuriæ, præſidii. 2do in materia conſanguinitatis, eſſe conſanguineos, agnatos, cognatos, affines in eodem gradu. E g. *peñihuen*, eſſe fratres. *lamûenhuen*, eſſe fratres vel ſorores ex eodem patre, vel eadem matre

tre procreatos. 3tio quando non ſunt in eodem gradu, ponentur ſolum duo, & no minabitur non ſuperior, ſed inferior aut remotior. E. g. *votmhuen*, pater & fiilius. *conihuen*, mater & filia. *curehuen*, maritus & uxor. Dicitur tamen etiam: *Chao votmhuen, nuque conihuen*, ſed fortaſſe Indi ſunt imitati modum loquendi Hiſpanorum. 501. 503.

205. *Kno* v. *Cno*. *Le* v. *cle*. *Le* ſignificat rem eſſe in illo ſtatu ac ſitu, quem verbum pronuntiat. E. g. *vutalen*, ſto erectus. *cude len*, jaceo, decumbo: quando autem verbum deſinit in duas conſonantes, addunt *c* dicendo *cle*. E. g. *cutanclen*, ægroto. *huifclen*, ſto rectus, in ordine: & raro absque *c*. Verum immediate poſt Vocalem ſemper ponitur *le* & nunquam *cle*. Ne hæc particula confundatur cum *que* 220. & *pe* 214. Notandum, quod *le* habeat pro objecto ſignificare ſtatum hominis vel animi v. g. *tepenclen*, ſum hilaris, jucundus, lætus: vel ſitum ſtantis, ſedentis, jacentis, vel diſpoſitionem corporis v. g. *enumlen*, calore æſtuo, langueo, ſolvor. *vircùlei ni cuù*, habeo manus ſubfrigidas.

206. *Lel*. Aliquoties eſt exornativum; alias repondet phraſi latinæ, dignetur, ſi placet, ſi petere licet, niſi ſit moleſtum. E. g. *vei pilelen ta mi chao*, dignetur, non gravetur

vetur dicere ſuo patri meis verbis, meo nomine. 289.

207. *lle* eſt particula confirmativa, ſed nunquam ponitur ſola, & ſœpiſſime cum *chi*. E. g *vei lle*, *vei llechi*, ita eſt. 99. 288:4.

208. *lque* cum numeralibus perinde eſt ac plus minus. E. g *melilque* quatuor circiter. alias eſt particula exornativa. E. g. *marigen mo melilque amope*, ex decem eant quatuor.

209. *ma*. v. *nma*. 211. *me* de hac particula jam eſt dictum 77 79. Notandum autem 1mo. quod dentur & alia verba, quæ motum ſignificent. V g. *un* in Miſſionibus; *run* in *Chiloë*; *cun* in *Picun mapu*, eo, ſeu Atticé, Ionicè, Doricè. *ui*, *utui*, abiit 2do. quod his verbis quandoque *me* (idem eſt de *pa* (jungitur. v. g. *unomen*, *unometun*, eo rediturus. *unopan*, *unopatun*, ſum redux. 3tio. nota hos loquendi modos: *naúmei*, *leuvu*, flumen decreſcit. *naûmei mencuhue*, decreſcit cantharus, potus imminuitur. 4to. eleganter quandoque jungitur *pa* cum *me*. E. g. *conmpamelan pu Huinca*, mihi cum Hiſpanis nec ſeritur nec metitur. *allcùpamelan*, *vachi dgu!* hoc in tota mea vita non audivi. *unpamelaiai pu alhue ta ni ruca mo*, nunquam per omne ævum in inferno orietur ſol.

210. *mom*, *mum* 4 ſignificat 1mo. tempus præteritum & jam elapſum. E. g. *arelen huinu ta mi lagmmom ovi/a*, commoda cultrum, quo ovem occidiſti. *tva ruca ta mi tpumom*, hæc eſt domus ubi vapulâſti. *deuma ta mi imom rapituimi*, poſtquam comediſti v bibiſti (nam *in* utrumque ſonat) vomuiſti. *deuma ta ni nuapemom*, *ina tpugequei*, poſt cornua, verbera. 2do. ſocietatem. E. g. *ta mi huerilcamom pinombui cam*, cum quo peccâſti num erat junctus v. juncta matrimonio? 287 : 4.

211. *nma*, *ma*. *nma* cum *n* ponitur quoties Verbum cui conjungitur in unam tantum conſonantem terminatur, quod ſi in duas deſinit, absque *n* jungendum erit. Adhibetur autem ad declarandum, quod actio v. paſſio verbi ſit in bonum vel malum ſuî vel alterius, unde ſuppletur hac particula Dativus commodi v. incommodi: ut conſtabit ex exemplis. Notandum autem tribus caſibus & modis accidere poſſe, ut aliquid in commodum vel damnum alicujus ſit, nempe vel 1mo. ſuî ipſius, & tunc additur *u* nota Tranſitionis reciprocæ. E. g. *lagmmaui*, ſibi ipſi occidit, e. g. gallinam, &c. vel 2do. in bonum vel malum alterius, & in hoc caſu uſurpantur aliæ Tranſitiones prout ſenſus poſtulaverit. E. g. *cùpalmaiacimi*,

imi, tibi afferam, adducam. *cupalmaabin*, ipſi illud afferam. vel 3tio. à perſona determinata præſcinditur. E. g. *quiñe elunman v. elunmagen*, mibi datum eſt unum. *lanman quiñe cahuellu*, mihi periit, mortuus eſt equus. *penmaulabin*, id in illo non adverti. *anúmnienmaun*, recordor, memini, manet altâ mente repôſtum *inmaun*, mihi illud in ſtomachum conjeci. *inmauimi*, tibi illud comediſti. *inmaui*, illud comedit ſibi. *elunman*, mihi datum eſt.

212. *ntu* 1mo. additum Nominibus quæ multitudinem indicant; ſignificat locum ubi ea in magna abundantia & copia reperiantur. E. g. *rmentu*, locus juncis, ſcirpis abundans. *curantu*, ſaxetum. *lemuntu*, locus multis arboribus conſitus, ſpiſſa ſylva. 2do. compoſitum cum verbis, idem ſignificat quod verbale. E. g. *huerin*, delinquere. *huerintu*, delictum. *tipan*, exire. *tipantu*, exitus (anni.) 3tio. junctum adverbiis eſt idem quod *ple.* 216. versùs. E. g. *huenuntu*, ſurſum. *vurintu*, retrorſum. *minuntu*, introrſum. 4to. ſupplet vices Participii. E. g. *arcùntu* pro *arcùntulu*, *arcùntuel lafquen*, receſſus maris. *vurintuche* pro *vurintulu* v. *vurintuel*, ſycophanta, totus ex fraudibus & mendacio compoſitus, qui vitia pietatis ſpecie occultat. *epuntu* v. *epugentu* pro *epulu*

v.

v. *epuȝelu*, ſecundus. *melintu* v. *meliȝentu*, pro *melilelu*, quartus.

213. *Pa* ſignificat venire, ſuppletque pro Supinis. 76. 79. aliquando eſt inſtar Verbi, & tunc ponitur loco *cupan*, venio: & aliquoties inſtar adverbii pro *vei meu* v. *va meu*, v. *vau*, huc. 102. E. g. *Quimpalabin ta ni chao*, id ætatis non eram conſecutus, ut patrem meum vivum cognoſcerem. *tutelpan*, *tenpan*, opportune, opportuno tempore venio; tempeſtive adſum. *chumconmpaqueimi vachi dȝu mo*, ad quid te immiſces huic negotio. *conmpamelan*, no me immiſceo, nihil hoc ad me. *pivalpai*, miſit huc, qui diceret, v. nuntiatum. *chilcalvalpaeneu*, miſit mihi huc litteras. Aliquoties ante *pa* reperitur *r* vel ut res ponatur in dubio; & tunc æquivalet particulæ *rque*. 223. vel per ſyncopen omittendo el *u* in verbo *rupan* v. *rùpan*, ideoque hæc dictio *ierpai* verti poteſt, videtur ad illud portandum veniſſe; vel tranſiens ſecum portavit. Ordinarie Huilliches utuntur *pa* pro *me*. E. g. *chumupaian* pro *chumean*, ad quid? cur eam? *elpaian ta ni cahuellu*, pro *elmean*, ibo equum ſuo loco relicturus. *Pa* aliquoties additur verbis; ut ſupra: aliquoties Subſtantivis, ut *apopaiaimi*, venies creatus ſuperior. *llaûpape*, veniat medietas. *ulmenpai*, venit dives: ali-

 quoties

quoties Adjectivis, ut *mollpai*, venit nudus. *villpape*, veniant omnes. *cùlapaiğn*, venerunt tres. Dicitur etiam *ladcùn cupan*, venio triſtis. *incupai*, venit potus. Quæ in *pa* finiunt, nonnunquam quod verbale ſignificant. E. g. *tipan*, exire. *tipapa*, exitus. *unon*, redire. *unopa*, reditus. alias ſignificant perſonam quæ id facit, quod verbum pronuntiat. E. g *yetun*, aſportare. *yetupa*, perſona quæ ad aſportandum venit. cum nominibus & adverbiis ſignificat *cis v. citra*. E. g. *lemupa*, citra, cis ſylvam. *huentepa*, ſupra ex hac parte. *minupa*, *punpa*, intra ex hac parte.

214. *Pe*. Trifariam ſervit hæc particula. 1mo eſt exornativa. 2do ad ſignificandum dubium: videri ita quidem, at non eſſe omnino certum. *cupaialu*, venturos E. g. *aldùn huentu cupalu pei*, videntur veniſſe multi homines. *aldumanpei*, videor moram feciſſe, cunctantius egiſſe, moras traxiſſe, advenire tardius. *quimlaimi pei*, videris neſcire. *ğepei*, forſan, forſitan fieri poſſit. *mlepei*, videtur adeſſe, non ſatis ſcio. *inche ğepei*, ego fortaſſis *eimi ğepei*, tu fortaſſis. 3tio ſignificat quod actu circa eam rem, quæ exprimitur, occupetur, quod actu ei incumbat. E. g. *maupen*, contorqueo reſtes. *iepapeeimi*, adſum, venio ad te aſportandum.

215.

215. *Petu.* 1mo. adhuc. *petu magi leuvu*, fluvius adhuc crefcit. *petu mauquei*, *pirei*, adhuc pluit, ningit. *petu pepiluquei*, adhuc fe comit, comparat, exornat. 2do. interim dum *iqueli* v. *ipeli pepaiaen*, interea dum prandeo, cœno, comedo, ad me accedes. *petu iquebun pepauyeen*, dum comederem, ad me videndum venifti. 3tio. jam dudum jam pridem. *petu mtmgequeimi*, jam pridem vocaris. De *petu* fit *petuln*, perfeverare. 802.

216. Pina. 224. 806. *Ple* 1mo qua v. quorfum e. g *vauple*, hac, huc. *teyeple*, illac, iftuc. *incheple*, verfus me. *manple*, ad dextram. *hueleple*, ad finiftram. *vuriple*, retro. *chuchiple*, *chuchi adple*, qua, quo, quorfum? *lafquen ple* v. *lafquen mo ple*, verfus mare. 2. 1mo, ufque adeo. E. g. *tehuaple quimquei ta che*, non folum homines, fed & canes ipforum novit. *ni ge ple cutangen*, ufque adeo oculi mihi dolent. 3. Tenus. *lonco ple*, ufque ad caput. *ancaple*, lumborum tenus. *ancaplelei*, ad medietatem pervenit. *iod ancaple coni*, ultra medietatem. 290.: 21.

217. *Po* exornativum. *chumùn chei? tanaporumepran? chuchei*, quid egi, cecidi fubito, repente, ex infperato? fum nefcius.

218. *Pra.* Significat 1. fruftra, fine caufa, cafu, absque fructu, cum exceffu. *pepra-*

G 2 *eimi*,

eimi, caſu te vidi. *ipran*, edere v. bibere nimium. *raquiuprai*, ſuperbit, immodicus ſui eſt æſtimator. *kdaupran*, fruſtra laborare. 2 ſponte, ſuapte natura NB. interpretando id in vituperium. E. g. *lleûprai vachi cachu*, hoc gramen, hæc herba, hoc paſculum ſua ſponte naſcitur. *ufprai vachi co*, iſta aqua nulla diligentia ſuapte natura ſcaturit. male autem dicerem: *DIOS cùmeprai*, ſed *ta ni quiduȝen mo cùmei ta Dios*, DEUS ſuapte natura bonus eſt. 3tio. Explicatur hac particula omne nimium, quod in vitium vertitur. E. g. *motinȝeprai tvachi huentu*, nimium pinguis eſt homo iſte. Hæc autem oratio: Deus eſt ultra modum amabilis, vertenda erit per *no*: *no aiùvali ta DIOS*. 271. vel aliter 272 *Pra* cum *calli*. 193. NB. aufferendo verbis in *pran n* finale, fiunt Subſtantiva, quæ ſignificant perſonam vel rem inutilem, & quæ fruſtra aut ſine debito fine, ac ſufficiente cauſa operatur. *moȝepra*, qui vivit aliena quadra. *duȝupra*, loquax, dicax, blatro. *lapra*, quod facile perit, ac ſine violentia marceſſit, moritur. *ancùpra*, arbor quæ ſponte ſiccatur. *vuchapra* ſenex qui nullos genuit filios (intellige ſenex Indus, nam aliud eſt de Perſonis Religioſis.

219. *Pu*. Signum ſeu nota Numeri Pluralis. 8. 21. Item ſignificat 1mo. diſtantiam

pulei,

pulei, diſtat. 556. 2do. donec. *venten dugupraquebi*, *lagmpubi*, non ceſſavit male loqui, donec occideretur. 3tio. Attingere, aſſequi. E. g. *pupelon*, *puquintum*, *pu allcun:* procul diſſita viſu, auditu attingere. *pulai vachi charahuilla*, hæc femoralia me non capiunt. 4to. intus. *pu mlei*, degit, eſt intus. *pu coni*, intro ivit, ingreſſus eſt, intravit. 5to. à, in, ad, juxta, prope. *pu ktalmlei*, ad ignem ſtat. *puleuvu mlei*, eſt juxta fluvium. 6to. ſignificat copiam, multitudinem unà cum loco: ut de *ntu*, *peum*, *queum*, diximus. E. g. *gebun*, nux avellana. *pugebun*, nucetum. *coyam*, quercus. *pu coyam*, quercetum. 290: 12. 13.

220. *Que.* 1mo eſt exornativum. *Vei que mai*, ſic eſt. *Hueluquemai*, ſed potius. 2do nota Pluralis. 10. 3tio ſignum Temporis Præſentis. 36. 4to rem actu fieri, aliter tamen ac *le.* 205. *kdauquei*, eſt occupatus in laborando. 5to. compoſitum cum Gerundiis Ablativi, illa facit Nomina, & ſunt illa in *queum.* 72. 89. 90. 6to. conſuetudinem ſeu habitum ſignificat. *Diablo piquen*, ſoleo Diabolum invocare. *eimi lagmchequeimi*, es latro, homines ſoles occidere. *quinelque*, aliqui. 94. 295: 5. 208.

221. *Qui.* non eſt particula *qui*, quæ negat Imperativum. 105. ſed *qui*, in quod ſæpe *cù* mutatur. 198.

222. *Re.* 1mo. ſolum, tantum, tantummodo, duntaxat. E. g. *rehueicon illebin*, ſolum potum ex maicio confectum bibi. 479. (vocem: maicium habet Jacob. Pontanus.) *re co*, aqua pura, mera, immixta. *rekdau*, merus ac purus labor, labor ſine ullo fructu. *re umautuquei*, tota illi dormitur hyems, dormitur & annus. *re ian piquei*, nil præter cibum & potum cogitat. *recupan*, venio ſine ullo, quod tractem, negotio. *re mi pepapin*, *re mi quintuulpapin*, ſolum ad videndum te veni. *renuagei*, eſt veterator, totus ex vitiis ſceleribusque conflatus, concretus, compactus. *recofque piqueimi*, panem tantum petis. *re eimi*, tu ſolus, præter te nemo. *re gúmatuqueimi*, nihil niſi planctus ex te percipitur. 2do. gratìs. *re elugen*, gratìs accepi. 3tio. junctum cum *pra*, abſentiam curæ, negotii, ſollicitudinis indicat. E. g. *remiaupraquen* v. *re* ni *miaupran*, eo ambulatum, me oblectans, vel fruens otio, liber a negotio. De *re* fit *rechi*, ſolum. item *reln*; e regione ſitum eſſe, absque aliquo intermedio. *reli ta* ni *ruca*, domus mea e regione, ex adverſo ſita eſt. *relmabin vachi maun*, in faciem mihi dedit hæc pluvia. aliquando etiam *l* omittunt: at tunc ſignificationem mutat. E. g. *renman*, perſeverare in eodem ſtatu. *renmai ta* ni *cutan*, nec pejus nec melius habeo, morbus in eodem

dem ſtatu perſeverat, permanet, perſiſtit. Indi Chileni ſe vocant invicem *Reche* 698.

223. *Rque.* P. Baldivia meminit particulæ *dque*, dicens eam in compoſitione Pluralitatem; ſed poſitam poſt Nomen ſignificare ſolum, tantum. At inter Indos in Miſſionibus reperitur quidem illa particula; ſed non ſignificatio, quam illi R. P. Baldivia tribuit. Eſt autem particula *dque* eadem quæ *rque*: nam Indi loco *r* ſæpe ponunt s, d, & x Luſitanum. 4. Ita pro libitu dicunt *moȝerqueimi*, *moȝesqueimi*, *moȝedqueimi*, & *moȝexqueimi*: uti & *pran*, *pſan*, *pdan*, *pxan* Significatio propria hujus particulæ, ſive Nominibus, ſive verbis jungatur, eſt 1mo. rem ſuſpendere vel in dubio relinquere. E. g. *Cherque*, videntur homines *recherquei*, videtur Indus. *quinturquebi ta* ni *cùmeleal*, ſuo commodo ſtudere, rebus ſuis conſulere videtur. *cùmerqueimi pin*, v. *cûmerquei pieimi*, mihi videris vir bonus. *aldù chovuȝei piȝerqueimi*, piger haberi videris. 2do. qualiscunque, utcunque. E. g. *cúmenturquebin*, mihi ſapuit utcunque. *cumerquei* v. *cùmerquelai*, eſt talis qualis. v. qualis qualis. 3tio. Sæpe etiam eſt tantum exornativa: imo cum *que* conjungitur. E.g. *Vei piquerquen*, hoc videor dicere.

224. *Rume.* 1mo. cum Subjunctivis ſi-

gnificat quamquam, quamvis. *lagmeli rume*, quamvis me occidas. 2do. cum Nominibus ſaltem. *inche rume incaen*, me ſaltem adjuva. 3tio. cum Verbis Negativis Indicativi vel Optativi modi, item cum Aoriſtis, verbi actionem omnino negat. E. g. *quimlai rume*, neſcit omnino, prorſus, penitus ignorat. *chem ilai rume*, comedit plane nihil. 4to. ſed junctum cum *chem* & verbo affirmativo, omnia affirmat. *chem quimi rume*, v. *chem rume quimi*, ſcit omnia, eſt omniſcius. 5to *chem rume* addendo *no* ſignificat nihil. *Chem no rume*, nihil. 6to. eſt idem quod nec. *Eimi rume ulaiaimi*, nec tu ibis. 7mo. ſolus v. ſolum. *quiñe rume llanca uli*, unam tantum. *llanca*rum lineam eſt largitus. 8vo. nunquam. *quiñechi rume pelaen*, nunquam me vidiſti. Et nota diſcrimen inter *quiñechi pelaen*, nunquam me vidiſti; & *quiñechi rume pelaen*, me vidiſti nunquam omnino. 9no. næ, certe, mihi crede. *peaimi rume*, næ tu impune hoc mihi non feceris. 10mo. vix. *uûintugelai rume*, *pegelupatui*, lupus in fabula: vix nominatus quando paratus. 11mo. cave. *utuaeimi rume*, cave veniam, eo accedam. 12mo. non audere. *tpulaiaen rume*, verberare me vel tangere non audeas. 13tio. quivis, quilibet. *chuchi rume*, *chem rume*, quidlibet, quodcunque. 14to. inſertum ſignificat raptim, obiter, repente, per

per tranſennam. *larumen*, mori morte repentina, ſubitanea. *peɡerumen*, raptim, curſim apparere. *perumen*, videre obiter, per tranſennam.

225. *Tcu.* Verba compoſita cum *tcu* 1mo ſignificant rem ita & eo modo factam, quem Verbum pronuntiat. E. g. *catun*, intercludo, interſepio. *catuntcu*, ſeptum. *tarin*, ligo. *tarintcu*, res ligata, involucrum. Quando Verbum deſinit in unam conſonantem, ſemper *n* ante *tcu* retinet, at ſi in duas conſonantes terminetur, ultimam quæ eſt *n* perdit. E. g. *choɡtcu*, quo lux v. ignis extinguitur, emunctorium. 2do. format Superlativa. *quimtcu*, peritiſſimus. *duɡuntcu*, loquaciſſimus.

226. *Tu* facile confunditur hæc particula cum Verbo *tun*, quando eſt compoſitum, at quando *tun* eſt verbum ſimplex, nullo negotio dignoſcitur. E. g. *tuɡe co*, hauri aquam. Regula dignoſcendi eſt, quod quando *tu* eſt proxime vel valde prope radicem, ſignum ſit eſſe verbum *tun:* item in verbis Paſſivis *tu* verbum ſemper *gen* præcedit; ſequitur *tu* particula. Item quando in uno eodemque compoſito *tu* bis reperitur, primum *tu* erit verbum, ſecundum *tu* particula. E. g. *elututun*, *elutumetun*, *elutuɡetun*. Verum quando non habetur plus quam u-

num

num *tu*, nec adſit verbum *gen*; ſolum ex ſenſu & contextu colligitur, num verbum ſit, an particula. Significat autem hæc particula 1mo. iterum, iterare, repetere. E. g. *acun*, venire. *acutun*, iterum venire. *conn*, intrare. *contun*, iterum intrare. Tantum in duobus verbis invenitur particula *tu*, ubi ſignificet omnino oppoſitum ſignificato verbi, alterum uſitatum in Miſſionibus, nempe *ùrcutun*, quieſcere. ſignificando *ùrcun*, fatigari: alterum *Chiloë*nſibus & *Huillichis* proprium; ſcilicet *atùtun*, quieſcere: de *atùn*, fatigari. Alius modus iterationem ſignificandi eſt anteponendo verbo adverbium *ca*. E. g. *ca cupaiaimi*, venies iterum: idem quod *cupatuaimi*. Nonnunquam utraque particula *tu* & *ca* concurrunt in eodem verbo; ac tunc eſt pleonasmos ita, ut altera abundet, ac ſi diceres: redibis iterum. Quamvis autem particula *tu* iterationem ſignificet, non ponitur toties quoties res erit iteranda, ſed tantum ſemel, explicando reliqua per adverbia numeralia. E. g. *cûlachi mtmvaleimi*, tribus vicibus te accerſivi. 2do. ſignificat rem, quæ eſt illud ipſum, quod Nomen vel Verbum enuntiat. E. g. *tehua*, canem ſonat. *tehuatu*, res canina. *tann*, cadere. *tantu*, res quæ cecidit. *vùna*, putredo. *vunaltu*, res putrefacta, putrida. *huenetu*, res furto ablata. *maputu*, res terreſtris.

huenu-

huenutu, res cœleſtis. *vachitu*, res moderna, res hujus temporis, loci, res huc pertinens. *veichitu*, res illius vel alterius temporis, loci, &c. *quinetu*, ſemel. *eputu pinomi tva*, hic bis iniit matrimonium. *huecuntu*, res extra, foris, forinſecus, de foris ſuccedens. *minutu*, intus. *mutu*, procul dubio, certe, certo, certius. *taftu*, coram, ad. *taftu huenutu dgu venten raquivalai tuetudgu*, res terreſtres nihil ſunt cœleſtibus comparatæ, non ita æſtimantur bona terræ, ſi cum cœleſtibus conferantur. NB. Verba, quæ in duas conſonantes exeunt, ſi componantur cum *tu*, ultimum *n* perdunt. E. g. *tann*, *tantu* Verum ſi addendum ſit *ntu* 212. alterum *n* poſtulant, ut *tanentu*. 28. 286 : 6. 288 : 2.

227. *Val* ſignificat 1mo poſſum. *Vemvalabimi*, poteras feciſſe. *contuvali Patiru?* an licet ad Patrem intrare. *quimvallai vachi ovuln dgn*, latet hoc myſterium, arcanum, ſecretum. *vei ni vemgen, vei ta ni ad nopi nuvalai*, malam indolem, vitioſam naturam ſuam domare, comprimere, ad rationis metam adigere non poteſt, naturam expellas furca, tamen uſque redibit. *inei pepilabui pepilvalnoal*, ad impoſſiblle nemo tenetur, quis poteſt contra torrentem. 2do. jubeo, curo fieri. *mlvalaeimi quine macùn*, fieri tibi

bi curabo veſtem ſtragulam. *coſquelvalbin ta ni rgo*, curavi fieri ex mea farına panem. *rgolvalbimi ta mi cachilla*, triticum, frumentum tuum moli curaſti. *murquelvalbi ta ni dahue: quinua*m meam torreri juſſi. *mlge pigelu*, *mlvalen piquei*, quod quis ſervo ſuo, hic ſuo imperat. Imperare abſolute, per *Toquin* vertitur; nam *toquin*, mando, impero. 3tio. mitto. E. g. *nillavalge quine can pulcu*, mitte qui petat cantharum vini. *pivalpi*, miſit dictum, nuntiatum. NB. *pivaln*, negativum ſive *pivalan* ſignificat: quid hoc ad me, hæc ego non curo, his non me immiſceo, aliquoties etiam indicat vituperium, contemptum. E. g. *pivallai tva*, hoc vitioſa nuce non emam. mittere abſolute; *huercùn*, *huerculn*. 4to cum infinitivo ſupplet pro debeo, meum eſt. E. g. *inche vemvaln*, meum eſt, mihi incumbit, teneor, meum officium eſt hoc facere. *umautuvalam*, 101. 102. hoc non eſt tempus dormiendi. 5to. calumnior. *Huenevaleneu*, furti crimen in me contulit, conjecit, furti me accuſavit. *calcuvaleneu*, dixit me eſſe magum. *lagmvalgei*, necem illi attribuunt. 6to linquo. *chillcavalen*, ſine, linque obſecro, omitte me, ut ſcribam. 7mo. poſtpoſito *u* eſt ſimulo, fingo. *vemvalulai*, ſimulat ſe non feciſſe. 8vo. commendo. *Huenevoe elucullinvalimi*, rem latroni; lupo ovem commendaſti.

dasti. 9no. mereri, dignum esse. *pevali ta DIOS cùme que che*, merentur justi DEUM videre. *Vùta Apo gevalimi*, sceptro, regno, imperio dignus es. *ni peni gevalaimi*, es indignus qui meus frater sis. *aldù elugevalimi*, prœmio dignus es, mereris prœmium. *tpugevalimi*, dignus qui vapules. *toquivalimi*, dignus qui bello præficiaris, qui mandes, imperes. *cosque mi elugen elugevalimi*, jure merito lucraris panem. *co rume elugevalaimi*, nec aqua, quam bibis, dignus es. 10. nihil ad. *uûauvalaimi ta mi peni*, tu nihil ad fratrem tuum, non es cum tuo fratre conferendus, comparandus. NB. quando *val* concurrit cum alio *l*, *l* particulæ *val* omittitur ad libitum.

228. *Ve*, *voe* 85. 86. *vel*, *velem*, 44. *u.* 185. usque ad 191. item 227.

229. *Ula* semper postponitur, excepta ultima significatione, ut dicetur hic infra. Significat 1mo post. *epuhue ula*, post duos dies. *chai ula*, statim, post breve temporis spatium. 2do. abhinc. *uùia ula*, a die hesterno. *hue ula*, nuperrime. 3tio. usque. *leuvu ula* v. *leuvu mo ula*, usque ad fluvium. *ca cúyen ula* v. *ca cûyen mo ula*, usque ad alterum mensem, alio mense. 4to. adhuc. NB. differt a *petu* quod *petu* jungatur & affirmativis & negativis; *ula* negativis tantum.

tum. E.g. *quimlai ula*, adhuc neſcit. *aculai ula*, nondum venit. *ilai ula*, nondum comedit. 5to. uſque dum. *lali ula*, uſque dum moriatur. 6to. ante, antequam & tunc junctum Verbis; ſubjunctivum negativum petit. E.g. *inoli ula uan*, antequam comedam ibo, ibo ante prandium. *penobilmi ula ta DIOS*, *piaulgeaimi*, antequam fruaris Deo, multa tibi erunt toleranda, ardua ad cœlum via *aculaian ula inche*, v. *inche acunoli ula*, v. *acunoali ula*, *eimi vau mo unelepaiaimi*, antequam ego venero, tu perveneris. *inche ni acùnoium ula*, v. *ni acunon* v. *acuuyenon ula*, v. *inche ni acunomon ula*, v. *inche acunobuli* v. *aculabun ula*, *eimi acutuimi*, antequam ego venirem, perveneras. 7mo. Poſtea, & in hac ſignificatione poteſt *ula* ante vel poſtponi. *ula cupaian* v. *cupaian ula*, veniam poſtea.

230. *Uno.* mox, ſtatim, quamprimum, absque mora, cum affectu commiſerationis, iræ, aut deſperationis. E.g. *lagmunobige*, non tardes tam diu in interficiendo iſto paupere, mox illi vitam tollas. *launoabun*, utinam triſtem hanc vitam finirem quantocyus.

231. *yecu*, *yecuumen*, *cuùmen*, *mecuùmen*, ſonat facere ſignificatum verbi, & in eo faciendo proſequi, perſeverare. *duguyecuúmei*,

mei, dicit ubique, omnibus narrat. *abyecuumei*, imminuitur, ad finem tendit, pergit. *llalliyecuumeimi*, macreſcis, macereſcis, gracileſcis, attenuaris, fis macer *piyecuùmeg̃e*, incipe, auſcultamus; audiamus, quæ dicas! perge loqui.

232. Ad cognoſcendum vim harum particularum, unum hoc exemplum ſufficiet. *anún*, ſedeo. *anùchi*, ſedens. *anùlechi*, in figura ſedentis. *anuknouchi*, ſumens ſitum, ſtatum, figuram ſedentis. *anúhuechi*, in ſedendo proſequens. *anùvalchi*, potens ſedere, ſedere juſſus v. jubens. *anùtuchi*, ſedens iterum. *anùpachi*, veniens ſedere. *anùmechi*, ſeſſum iens. *anùiauchi*, vadens ſedere v. ad ſedendum. *anúcauchi*, ſimulans ſe ſedere. *anúnmachi*, credens ſe ſedere. *anùrquechi*, qui videtur ſedere. *anùyecuùmechi*, incipiens ſedere. 233. 691.

233. Quando plures ejusmodi particulæ ponendæ erunt, ipſa ratio & adjuncta, ſingularumque particularum ſignificatio dictabit, quænam ante, quæ poſt ponendæ ſint. E. g. *ihueduamquelan*, non habeo amplius cibi v. potûs appetentiam. *peg̃elhuerumehuequilmi va meu* ne impoſterum hic amplius comparere auſis. *dug̃unmaclotupaeimi*, venio ut adjuvem in intercedendo, rogando, loquendo iterum pro te. *marichi cag̃ecaule*,

tu-

tacuknovalquelabi ta ni vemgen, ut ut aliquis alium ſe eſſe ſimulet, non potis eſt diſſimulare quis ſit. *vachi tu cunivalcaumecuùmeimi*, ab eo tempore inclinata eſt res tua, omnia ad interitum vergunt, ad præcipitium tendunt; in pejus ruunt; quotidie deteriora fluunt. *Pedro egn vutalcoilladguprabign*, Petrus & ſua familia v. ſui amici, v. ſuæ factionis homines falſo illum criminati ſunt. *anùlepui*, cœpit ſedere. *anúpulei*, procul ſedet. *anùlepulei*, procul diſtat, ubi ſedet.

234. Appendix de Verbo Pin.

Quandoquidem una ex præcipuis hujus Linguæ difficultatibus eſt Conſtructio verbi *Pin*; eam quoad potero breviſſime in duobus ſequentibus Paragraphis diſſolvam. In primo adducam varias verbi *pin* ſignificationes: in ſecundo loquar pauca de ejus Conſtructione.

§. 1. Variæ ſignificationes verbi *Pin*.

235. *Pin* aliquando eſt, aliquando non eſt Compoſitum. Quando non eſt Compoſitum, particularibus regulis non indiget, niſi quod *pin* ultimo loco ponitur, reliqua autem, quæ ſunt ea quæ dicuntur, anteponenda ſint. 59. 236. 237. Quando eſt Compoſitum, varias habet ſignificationes, quas dabimus partim in hoc, partim in ſequenti paragrapho.

Pin

Pin componitur

1mo cum particulis ſeorſim nil ſignificantibus. E.g. *gapin*, *gapitun*, *gapiln*, facere ſponſalia, inire matrimonium. 504. *reupin*, *reureupin*, ſtrepitus fluminis, ſonitus currentis aquæ, per Paranomaſiam. *apin*, deſiderare, aliquid vehementius appetere. *api*, libet, libuit, libitum eſt.

2do. cum adverbiis. E. g. *eapin*, conſentire, approbare, ratum habere, &c.

3tio. cum adjectivis. Significatque tractare aliquem injurioſe vel contra; prout fuerit ſignificatum horum adjectivorum. E.g. *huera pin*, male verbis accipere. *leûpin*, verum dicere. *vei pin*, confirmare, probare. *Tva pin*, hoc volo, eligo, &c.

4to. cum ſubſtantivis. 1mo *malûen pin*, mulieris pudicitiam tentare, ſolicitare, fœminam ad concubitum aut inconceſſam venerem allicere, de ſtupro appellare, quamvis idem de irrationalibus dicant. 2do. deſiderare aliquid in particulari. E. g. *miſqui pin*, mel deſidero, peropto. 3tio. opus eſt. *coſque piam*, pane opus eſt. *eimi pilan*, tua opera non egeo, non indigeo. 4to. tractare aliquem uti ſubſtantivum adjunctum ſignificat. E. g. *huenevoe pieneu*. 5to. petere. *coſque piquen*, panem peto. 6to. cum pronomini-

 bus

bus primitivis ſignificat annuere, conſentire. *inche pii*, annuit, conſentit.

5to. cum Verbis, Verbi ſignificationem mutuat E.g. *coilla pin*, mentiri. *goimapin*, ſtoliditates loqui.

6to. cum negatione E. g. *pilan*, ſonat nihildum decreviſſe, adhuc animum fluctuare, nihil adhuc deliberatum ſibi eſſe, nondum adduci ut faciat, ſive ſe abſolute rem negare, quamvis cum modeſtia ac urbanitate.

7mo. Eſt verbum ſimplex & extra compoſitionem atque ita ſignificat

236. 1mo. dare facultatem, veniam. Et in hac ſignificatione debent præcedere formalia verba, &c.; quibus dicta facultas, venia, &c. conceditur. E. g. hæc dictio: illi dedit licentiam eundi, ſic vertitur: *uge pibi*, ubi *uge* eſt ſecunda perſona Imperativi verbi *un*, ire: abi v. ito, illi dixit. *amotuge pibi*, dedit illi poteſtatem abeundi. *vembige pin*, per me tibi id facere licet. 2do. promittere, & tunc ſemper jungitur verbo *elun*, dare *coſque eluaeimi pibin*, ipſi promiſi panem v. dixi illi, tibi dabo panem. 3tio. ferre, pronunciare, dare ſententiam. *lape pigei*, mortis ſententia contra illum lata eſt. *lape pigeimi*, es capite v. ad mortem damnatus.

tus. 4to. certiorem facere. *amuge pi, pieimi*, certiorem te facio te obtinuiſſe abeundi facultatem. Eodem modo 5to. calumniari. 6to. deliberare. 7mo. cogitare. 8vo. referre. 9no. cum verbo *cupan* eſt vocare. *inei cupape pieimu?* quis te vocavit? 10mo. cum *Hueun*, *Hueupin*, (*hueupin* trìſyllabum) eſt ſermonem v. verba facere in Parlamento ſeu comitiis generalibus.

Omnes hæ ſunt ſignificationes verbi *pin*. 806.

237. §. 2. Conſtructio Verbi *Pin*.

Ut melius intelligantur dicenda, notandum, quod Indi Chilenſes, quoties dant mandatum alicui ad aliquem, vel de re quadam faciunt certiorem; ille qui mandata perfert, aut quæ ſunt dicenda vel narranda refert, ea eodem modo ac iisdem omnino formalibus verbis perferat referatque, quo ipſe illa audivit, absque eo quod vel addat aut omittat, niſi verbum *pin* prout adjuncta poſtulant.

238. Modi loquendi per *pin* poſſunt eſſe tres. 1mo. quando illud quod dicitur, mandatur, refertur; dicit perſona referens velut rem propriam, ſeu a ſe ipſo vel ſibi, vel alteri dictam. 2do. ſi illud dicit, mandat, refert alteri, ut hic alter alteri illud dicat, mandet, referat. 3tio. quando illud dicit

mandat, refert alteri veluti ab alio dictum, mandatum vel relatum.

239. Quod ad primum loquendi modum attinet, quando illud quod dicitur, mandatur, refertur quis dicit ſuo nomine tanquam rem a ſe ipſo ſibi vel alteri dictam mandatamve: tunc omnia ponentur in prima perſona, *pin* incluſive. E. g. *huampuan pin*, dixi me navigaturum, v. facturum lıntrem. *uan pilan*, non dixi me abiturum. Quando quis ſibi loquitur, utitur *pin* vel cum Tranſitione reciproca, vel absque illa. E g. *deutuchi pin v piun*, dixi mecum cave ſis.

240. Si illud quod quis dicit, jubet velut ſuum proprium dictum vel mandatum, illud dicat vel mandet alteri perſonæ quæ patitur; tunc ex parte verbi ſemper datur Tranſitio: at ex parte *pin* dabitur vel non dabitur, prout fuerit ſenſus. E. g. *huerilcaquieli pieimi*, non me offendas, te moneo. *lagmabin*, *pibin*, dixi illi, illum a me occidendum. *vei vemquilmi pieimi*, omitte ſis iſthæc, tibi dico.

241. Quando *pin* eſt Infinitivus alterius verbi, quod Infinıtivum petit, *pin* poni poterit vel cum vel absque Tranſitione: verum particula poſſeſſiva quam ſecum trahit, ponetur primo loco, poſtea dictum vel mandatum;

datum; denique ultimo loco *pin*. E. g. *aiù-laimi ta mi cûmpemgeimi piabin*, non vis, ut tibi dicam te ſtultum eſſe.

242. Si verbum in hoc primo loquendi modo eſt verbum peto, oratio fiet cum Tranſitione tertiæ ad primam; & verbum ponetur vel in Futuro vel in Imperativo; & ſolum *pin* variabitur per Tempora, quæ poſtulat verbum peto. E. g. *quine amomari-queum eluaeneu v. eluechi mo pibin*, Roſarium ab ipſo petivi. *quine coſque eluechi mo, v. eluaeneu pibubili*, ſi peterem ab ipſo panem.

243. Secundus & tertius loquendi modus cum ſint connexi invicem, de utroque ſimul tractabimus, præſertim de iis quæ ad mandata danda aut perferenda pertinent, quod in his conſiſtat præcipua verbi *pin* difficultas. Igitur qui dat vel mittit mandatum, verbum *pin* bis repetit, ſemel quaſi loqueretur præſens perſonæ, cui mittit: & iterum verbo *pin* jubens perſonæ quam mittit, ut ita alteri dicat, mandet, referat. Et ille qui dictum vel mandatum refert, ad verbum omnia quæ ipſi ſunt dicta refert excepto ſolo ultimo *pin*.

244. Qui mittit mandatum, ſi eſt per verbum E. g. peto; ipſe ſe, quando petit, nominat utens Tranſitione tertiæ ad primam, ponensque verbum in Futuro vel Imperativo,

tivo, & deinde *pin* concordans cum perſona quæ mittit, quæ ſolet eſſe tertia perſona, & perſonæ quam mittit, ſolet loqui his vel ſimilibus verbis: *piabimi*, *pin*. *piabimi pelelaen*, *pilelean*, *pilelmeen*, ſi fuerit unus ſolus. Verum ſi perſonæ, quæ mittuntur, plures fuerint, mandatum quidem idem erit, ſed loco Numeri Singularis ſubſtituitur Dualis vel Pluralis prout opus fuerit. E. g. Indus mittit ſuum filium ad Patrem Miſſionarium ut tabacum ab ipſo petat, dicitque: *pi chin ptm eluaeneu ta* ni *Patiru*, *pi ta* ni *chao*, *piabimi*. Hic filius qui mittitur, Miſſionario ita loquitur, *pichin ptm eluaeneu ta* ni *Patiru*, *pi ta* ni *chao*. Quando mittunt ad petendum, etiam brevius ſe expediunt: omittendo ſcilicet verbum, & ponendo duntaxat rem quæ petitur, & poſtea verbum *pin*, quod reflectit ad perſonam cui mittit; quæ quoties eſt perſona abſens, appellari ſolet in tertia perſona. E. g. *ptm pi ta* ni *chao*, *piabimi ta* ni *Patiru*, & alius dicit: *ptm pii ta* ni *chao*. 206.

245. Quando qui mittitur, non ad petendum, ſed ad portandum vel afferendum mittitur; tunc ille qui mittit, loquitur cum perſona non cui mittit, ſed quam mittit, & hic dicit eadem omnino verba, quæ audivit: & deinde ex ſuo addit *pin* vel concordans tantum cum perſona quæ mittit, vel

cum

cum Tranſitione tertiæ ad primam, quæ eſt perſonæ quæ mittit ad illam quæ loquitur, vel per paſſivum cum perſona quæ mittitur. E.g. loquitur ſuo filio ſic : *vachi achahuall elmeen Patiru mo*, vade & porta mihi has gallinas Patri Miſſionario: filius afferens gallinas dicit: *vachi achahuall elmeen Patiru mo, pii ta ni chao. v. pigen.*

246. Si ſolum ad ſalutandum, urbanitatis vel gratitudinis cauſa, aut ad nuntiandum quæ fiunt vel ſunt futura, mittitur; tum ſi dictio non eſt cum Tranſitione ad perſonam cui mittitur, dictio fiet ut verus ſenſus poſtulaverit, & *pin* ponetur bis. E.g. *epuhue quine huaca lagman v. lagmabin, pi ta ni chao, pilelen v. pilelmen Huenuvilu*, vade, dic *huenubil*, quod perendie ſim occiſurus vaccam, & nuntius illa nuntiabit uti ſupra 245. Alias verbum *pin* ponitur cum Tranſitione tertiæ ad 2dam vel numeri Singularis, Dualis aut Pluralis prout fuerint unus, duo vel plures quibus nuntiatur. E.g. *lagmabin pi ta ni chao*, v. *pieimu ta ni chao*, dic illi, quod ſim eum interfecturus. *aldù mari maribichi pii ta ni chao, piabimi*, dices illi, quod ipſius ſedulitatem gratificer, quod ipſum amem multum de ſua cura & diligentia, quod grata mihi ſemper erit tanti beneficii recordatio. & filius iſta narrans ſic dicit: *aldù mari maribichi pii* v. *pieimu ta ni chao.*

247. Si quæ perferenda ſunt, ſunt tantum verba ſalutandi, urbanitatis, honoris; *pin* non ponetur omnino in fine, ſed poſt verbum: ac demum adduntur aliæ ſormulæ, quas forte didicerunt ab Hiſpanis. E.g. *aldù mari maribichi pieimu ta ni chao: ni mogen, ni cùmelen cai*, Pater meus te quàm humaniſſime ſalutat, & quærit quî valeas: an bene tibi ſit.

248. Si quis narrat dicta vel facta alterius, id fieri poteſt vel ita ut narrans illa referat ſimpliciter ut geſta ſunt, vel ut referat alterius dicta, quæ ipſe præſens audivit, aut alius illi coram narravit: ſi illa audivit ita immediate, ponetur dictum alterius iisdem formalibus verbis, quæ illa perſona loquens protulit, aut proferret ſi coram adeſſet, ſecundum regulas Tranſitionis, ut ſupra diximus. E.g. *lagmabin pi v. pieiu*, dixit quod illum eſſet occiſurus, perempturus, necem ìpſi machinaturus. *aucatuabin mapu pibui*, dicebat ſe res novas moliturum, conjurationem, rebellionem procuraturum.

249. Eodem modo fiet, quando referenda eſt res futura, ita ut in futuro ponatur utrumque & verbum, & *pin*. E.g. *pepi ulaian piai*, dicet ſe venire non poſſe. Aliquoties Futurum cadit ſupra *pin*; & verbum eſt ponendum in Aoriſto. E. g. *vamgechi*

vem-

vemgeabui piai, dicet ita faciendum fuiſſe. NB. quandoque verbum *pin*, ſi non intervenit Tranſitio, mutatur in Participium. E. g. *pialu* pro *piai*: *pilu* pro *pii*. quamvis rato dicunt *pilu*, quod facile confundatur cum *pilu*, ſurdus: unde potius dicunt *piquelu*, *pillelu*..

250. Quoties refertur dictum plurium, *pin* poterit poni vel in Singulari vel in Duali aut in Plurali: idemque intelligendum de reſponſionibus, quid quisque reſponderit. E. g. *amoaiñ* v. *amoan pign*, dicunt ſe eſſe ituros, venturos.

251. Si mandatum ſit ſecundo modo 238 *pin* bis ponitur. primum *pin* ponetur ut jam eſt dictum multoties: ſecundum erit vel imperſonale *piam*; vel Paſſivum per *gen*: & hoc concordabit ſemper cum perſona, de qua eſt ſermo. E. g. *laian em pii piam* v. *pigei*, dicunt eum dixiſſe ſe moriturum. *rcùgen piaimi pigeaimi* v. *piaiam*: dicet dicturos eſſe me eſſe avarum, tenacem, ſordidum.

252. Si in iſto ſecundo loquendi modo reperiatur Tranſitio, uti ſi alter alteri referat dicta alterius ad alterum, tunc ſi loquantur coram ac invicem, fiet ſecundum regulas Tranſitionum. E. g. *lagmaeimi pien*

piam,

piam, dicunt te dixiſſe, quod me velis occidere.

253. Si hic modus narrandi invicem dicta alterius, includat bis *pin*. E. g. dicunt me dixiſſe, te dixiſſe, &c. intelligendo dicta in abſentia; tunc verbum ponitur in prima Perſona cum Tranſitione ad tertiam prout fuerit numerus; & primum *pin* in tertia perſona, vel cum Tranſitione prout fuerit perſona ad quam dictum refertur, & ſecundum *pin* vel per Imperſonale vel per Paſſivum cum *gen* uti ſupra E. g. *lagmabin pii piam* v. *pigeimi*, v. *lagmabin pien piam*. Si verbum fuerit neutrum, ponetur in tertia perſona. E. g. *gollinche gei pien piam*, dicunt te mihi dixiſſe me eſſe ebrioſum.

254. Si verbum *pin* ter ponitur e. g. mihi dixerunt, dici, quod dixerim; ſi perſona, quam dicunt dixiſſe, eſt illa quæ loquitur; verbum ponatur in prima perſona, tanquam dictum illius: *pin* immediatum verbo in tertia perſona: ſecundum *pin* per Imperſonale, & ſi per paſſivum, in ſecunda perſona: & tertium *pin* ſemper per paſſivum in prima perſona. E. g. *lagmabin pii*, *piam* v. *pigeimi*, *pigen*. Si ſecunda perſona loqui tur, ponetur verbum & primum *pin* ut ſupra: ſecundum *pin* per Imperſonale, & tertium *pin* in ſecunda perſona paſſivi. E. g.

lagma-

lagmabin pii, *piam* v. *pigei*, *pigeimi*, tibi dixerunt, te dixiſſe dici, quod illum ſis interfecturus. Si Verbum loquitur de tertia perſona, primum *pin* ut ſupra; ſecundum ſemper Imperſonale, & tertium in tertia perſona paſſivi. E. g. *lagmabin pii*, *piam*, *pigei*, dixerunt illi, rumorem ſpargere ipſum dixiſſe: quod illum eſſet interfecturus.

255. Si *pin* fuerit Infinitivus verbi finiti, ac præterea detur dictio pertinens ad *pin*; tunc ſi eſt merus Infinitivus absque Tranſitione, conſtructio fieri poteſt 1mo. ſimpliciter, ponendo *pin* in paſſivo: *acutui pigeimi allcún*, audivi dici te adveniſſe. 2do ponitur *pin* per paſſivum cum particula perſonæ, & verbo in tertia perſona: *acutui mi pigen allcún*. 3tio. concordando verbum cum perſona de qua dicitur, & particula perſonæ ante, & *pigen* poſt verbum. *mi acutui mi pigen allcùn*.

256. Quando Verbum *pin* cum oratione Infinitivi, conſtruitur Tranſitione; tunc oratio ponetur in tertia perſona, & verbum *pin* ſemper fit participium ſecundum regulas Tranſitionum, & particula perſonæ poni poteſt vel ante participium, vel ante verbum E. g *Cùmpemgei ta ni pibin allcún*, v. *ta ni cùmpemgei pibin allcún*, audivi quod mihi dixeris me eſſe ſtultum. Eodem modo fit in reliquis Tranſitionibus.

257.

257. Dicitur *pin* in activo, & *pigen* in passivo: utrumque conjugatur per omnia Tempora modorum finitorum, & passivum mutari potest in participia. ponitur passi vum, quoties *pin* passivum semel ponitur. E. g *lai pigei*, v. *lai ni pigen*, dicitur obiisse. quando *pin* passivum bis ponitur; primum *pin* mutari potest in verbale. E. g *lagmabin pii, pigeimi pigen*, v. *lagmabin pii, ni pigen, pigen.*

258. Quoties verbalia *pin* diriguntur ad personam determinatam, secum habebunt particulam personæ: sed dictio quæ *pin* petit, semper ponitur in medio inter particulam personæ, & verbale activum vel passivum. E. g. *cùmelai mi lagman pin*, non est bonum, quod dicas te velle interficere. *ladcùn ta mi cùmelai pigen mo*, doleo de te dici, te esse malum. Quando non diriguntur ad personam determinatam; particula personæ omittitur, & primum ponitur verbum, deinde *pin* vel *pigen*. E. g. *aldú huerageı lagmaeimi piun*, valde malum est mortem sibi invicem minitari. Succedit quod hæc verbalia concurrant cum verbo & persona alterius verbi, & in hoc casu ponetur *pin* vel *pigen* prout petierit Verbum. E. g. *mapu Che yehuequelai quempuaeimi piun*, v. *quempuaeimi piun mo yehuequelai*, Indi non

eru-

erubeſcunt, quod illis quis dicat te levirum, te ſororium volo.

259. Quando verbum *pin* eſt in Gerundio Accuſativi vel Ablativi, fiet per Gerundium Ablativi. E. g. *gollinche gei ni pigenoabum*, ne dicerer, haberer vinoſus, ne dicerent me vinoſum eſſe. *vemge* v. *vempe ni pium vemquelai*, quantumvis ego dicam ut faciat, jubeam facere, non facit. *vemabun cam chi*, *cùmpemgei ni piabueùm chei*, egone hoc facerem? nempe ut mihi diceres, me eſſe ſtultum. *yaventuabin ni pibin*, quod mihi dixiſti, ſcilicet quod me velis domo expellere.

260. *Pin* paſſivo etiam utimur ad ſignificandam bonam vel malam famam, & quando fama vel rumor qui ſpargitur, eſt de aliqua virtute vel vitio in ſpecie, nomen hujus virtutis vel vitii ponetur cum *gen*; aut ejus loco verbum, & poſtea *pigen* cum particula perſonæ. E. g. *huenevoe gei ni pigen*, v. *hueneiauquei ni pigen*, furti nomine male audit. Quando fama eſt incerta, & ru mores, qui ſparguntur incerti & vagi, ſi eſt de perſona, ponitur *pigen* cum poſſeſſivo. E. g *mi pigen tva*, iſte rumor de te ſpargitur, diſſipatur: ſed, ſi perſona non adeſt, poſſeſſivum omittitur. E. g. *pigen tva*, rumor ſpargitur, voces currunt, volat fama.

261. Quando vocatur aliquis, & alius eum monet, hic vel dicit ſimpliciter: audin? audi ſis, vocaris: & tunc ponitur verbum in ſecunda vel tertia perſona; & *pin* vel Imperſonale, vel Paſſivum, ita ut concordet cum perſona quæ voaatur: *cupaiaimi* v. *cupaiai*, *piam* v. *piȝeimi*, te vocant. Idem fit quando ille, qui vocatur, ipſe loquitur. E.g. *cupaiaimi*, v. *cupaiai piam* v. *piȝen*, me vocant. Si vero quis vocatur nomine proprio, ponetur vel ſolum nomen cum Imperſonali. E. g. *Pedro piam*, vel ſi *cupan* adhibent, illud ponetur in tertia perſona vel Futuri vel Imperativi. E. g. *Pedro cupaiai* v. *cupape piam* v. *piȝei*. Quando nomen illius, qui vocatur, neſcitur, monens dicit: *inei em!* At ſi auditur nomen, ſed neſcitur cujus perſonæ, monens dicit ut in exemplo. E. g. *inei Pedro ni piȝen? cupaiai piȝei* v. *piam*. Quis Petrus vocatur? ipſum vocant, adeſſe jubetur.

262. NB. Si quis mittat famulum, qui quærat, an domi ſit Titius, ſi famulo dicunt, Titium non adeſſe, famulus reſpondebit: *ȝelai piȝei*, & ſic quidem bene, recte, & ſatis clare: ſed ſi reſpondet, ut quandoque fit: *ȝelai piȝen*, tunc erit æquivocum: nam hæc reſponſio habet ſignificatum duplex: alterum: mihi dicunt v. dixerunt

runt illum non adeſſe: alterum: Ego dicor non adeſſe.

263. CAPUT VI.

DE RELATIVIS & INTERROGATIVIS.

In Lingua Indo-Chilenſi non dantur Relativa, ſed ſat ſuperque ſupplentur. 1mo. per Participia quæ habentur pro omnibus ac ſingulis modis & temporibus. E. g. *elulu*, dans. *elubulu*, qui dabat. *eluuyelu*, qui dedi*t* *eluuyebulu*, qui dederat. *elualu*, daturus. item pro omnibus & ſingulis caſibus. E. g. *inche elulu* v. *elulu inche*, ego dans. *elulu eimi*, dans tu. *elulu teye*, dans ille, &c. In paſſivo. *elugelu*, cui dat*u*r. ɲ*i eluel*, *mi eluel*, ɲ*i eluel*, &c. quod do, das, dat. ɲ*i elugeel*, quod datur. ɲ*i elueteu*, qui mihi dat, v. quod mihi datur. *mi elueteu*, qui tibi dat v. quod tibi datur. ɲ*i elubin*, illud quod mihi das. *mi elubin*, illud quod tibi datur. 145. 146.

264. 2do. utuntur Pronominibus *tva*, *vei*, *veichi*, &c. 19. 20. 23. E. g. *aiùbige ta DIOS*, *vei aldùn temogelu*, ama DEUM qui eſt pulcherrimus. *uia acutuluchi Patiru vei mai inche*, ego ſum Pater, qui heri advenit.

265. Exempla: *ilongelu*, qui habet carnem.

nem. *ilogelu*, quem comederunt. *cofque elugelu* v. *elugeel*, panis, qui fuit datus. *inche llechi entunmamon ta ni cullin*, ego ſum, quem vos bonis ſuis exuiſtis. *lagm Huincache*, *lagm Huincaluche*, *lagm Huincaquechi che*, Homo, qui Hiſpanos ſolet occidere. *inche ni aiùel ta DIOS*, DEUS eſt quem amo. *ta mi pibimi*, quod illi dixiſti. *ta mi pibubimi*, quod illi dicebas *gei ta ni dugulabin*, habeo quod tibi dicam, quod tecum loquar.

266. Interrogativa ſunt: *inei?* quis? (de rationalibus) *chem*, *chuchi?* quid? quæ res? (de irrationalibus aut inanimatis) *chum*, *chumgelu*, quomodo. *chuml*, quando. *cheu*, ubi. *cam*, an, num. *chei*, forſitan, fortaſſe. *chem mo*, quare. *chumal*, ad quid, quem in finem. *inei ni vla*, propter quem. *chem ni vla*, quam ob rem, quam ob cauſam. *mivu*, *chumtn*, quot, quoties. *chem iom*, quid amplius, quid præterea? 288: 13.

267. Exempla: *ineilu?* quis ille. *inei pigeimi?* qui vocaris. *chuchi ta mi uûi?* quod eſt tibi nomen. *Pedro pigen*, Petrus appellor, Petrus v. Petro mihi nomen eſt. *vemgelai cam ve, vei no cam chi?* nunquid ita. *chem cura tvei?* iſte quis lapis. *chem mamll teye?* quæ arbor. *chem lahuen?* quæ herba, ad quid conducit? quas virtutes poſſidet.

chem

chem mançana? hoc malum eſtne dulce, an acidum. *chem cahuellu*, equus cujus coloris eſt. *chem* v. *chuchi huentu tva?* quid hoc hominis. *cheu pigei mi mapu?* unde domo, quæ tua Patria. *cheu pigei Puren*, quis locus *Puren* vocatur. *chuchi Rauco*, qualis eſt *Arauco*, ubi ſita. *chumgei ta mi miaun?* quid hic loci. *chumi?* quid agit. *chumlei?* quî valet. *chumgeabui?* quid agas. *chum conan?* qua ratione intrabo. *chum tipaiaimi*, quomodo te expedies, qua ratione evades, quo pacto exibis. *chemmo allcúMiſſapalaimi*, quare non venis ad audiendum Sacrum, cur non interſuiſti Sacrificio Miſſæ. *mivu coni*, *mivu tugei*, quot vulnera accepit? *chumtn coni?* quam profunda. *chumgechi tubi?* quo inſtrumento. *chuchi mo*, *chuchiple mo tugei?* in qua corporis parte. *cupalai cam*, an non venit. *amolai cam ve?* non abivit forſitan. *aculai cam ve?* atqui jam adeſt. *chuchei*, *chuchemai?* unde id ſciam. *cheu cupai?* unde venit. *chem cupali?* quid attulit. *chem cupaluchi?* unde ſciam, quid attulerit. *cheu lai?* ubi obiit. *cheuchi*, neſcio ubi. *chuml huenei?* quando eſt furatus *chumlchi*, quando v de tempore non conſtat. *chuml unotuaimi?* quando redibis *chuml unotuanchi*, num rediturus ſim ignoro. *mlelai Patiru?* Pater Miſſionarius eſtne domi, num adeſt *mlepei*, *mlequei*, adeſt, videtur adeſſe *uaimi cara mo*, ibisne ad

civitatem. *uanchei ulaianchemai*, non ſatis ſcio, num iturus ſim. *chumqueimi?* quid agis. *chumquelan*, nihil. *cheu cupaimi*, unde venis, redis. *cheu cupalan*, nusquam. *chumgechi conimi*, quomodo intraſti. *mu*, *gelai*, nego ſuppoſitum. *inei tvei?* quis ille *chem dgu tva?* quid hoc. *chem dgu gei?* quid novi *lancùrumei*, novi nihil. *chem duamgeimi?* quid vis. *cheuaimi?* quo vadis. *Huaiquilafquen eimi?* Tune Huaiquilaf. *eimi cona*, *eimi conageimi?* an es miles, an Martis pullus, validus, fortis, viribus & animo præſtans. *chao geimi?* quis genitor. *inei ni ruca tva?* hæc domus cujus eſt. *gelai ta mi chao?* Dominus Parens eſtne domi. *chem mo mùlgequei tva*, iſtud, ex qua materia fit. *chem mo tipai*, *chuchi ni tipamom*, ubi, unde naſcitur. *mi chao ta mi chao gebum*, *huenelmqueahuimi cam chi*, homo ingenuus & bene natus furem, latronem agat, latrociniis ſe maculet. *chuml gei*, v. *chuml ula*, v. *chuml cùtu*, v. *chumtunma mo gei ſan Cuan?* quando eſt dies feſtus ſancti Joannis. *chumtn v. mivù antù mo utaiaimi*, quando proficiſceris, poſt quot dies iter inſtituis, facis. *chumam* v. *chumal vachi huaca? quetaiam chei*, *lagmal chei?* ad quid hæc vacca? an ad arandum, an ad occidendum *chumal vachi mamll*, *ktaltual cam*, *tùpuam cam*, hoc lignum ad quem finem? ad incendendum, an ad verberandum.

randum. *vei chei?* eſtne ille, eſtne idem. *eimi chemai*, esne tu, tune. *chuchi rupu*, hæc via quò ducit *chem ni vla*, quam ob rem, cauſam. *inei ni vla*, propter quem. *mogei cam*, an vivit. *chumgei chei ni mogen*, quomodo vitam agit? an ſatis commode, jucunde. *chupiqueimi?* quomodo dicis. *chupigei*, quomodo vocatur. *chem piquei*, quid ſignificat. *chem kdaugeimi?* quo occuparis. *chumtn antú?* quæ hora. *ta mi chumgen mo vei piqueen, ta mi Patirugen mo chei, ta mi huincagen mo chei mai?* quo pacto mihi hoc dicis an quatenus Pater Miſſionarius? an quatenus Hiſpanus. *chumgelu lauyei ſenor JESU Chriſto, ta ni Diosgen mo chei* v. *cam, ta ni chegen mo chei* v. *cam.* quomodo mortuus eſt JESUS Chriſtus, quà Deus, an qua Homo?

268. Quoties cur vel quare non eſt interrogativum, explicandum ac vertendum erit per Gerundium Accuſativi. E g. *nien ni mleal ni ruca mo*, habeo facienda domi, domi mihi eſt manendum, eſt cur v. quare domi me contineam. *gei ta ni ùùtaial*, iter mihi faciendum, eſt cur me viæ, itineri me committam.

269. CAPUT VII.

DE COMPARATIVIS, SUPERLATIVIS, & DIMINUTIVIS.

Comparativa formantur per particulas *iod*, *doi*, *iom*. *Pedro quimquei*, *Cuan iod quimquelu*, v. *Cuan quimquei*, *Pedro ventenlai*, v. *Cuau iod quimquei Pedro mo*, Joannes Petro eſt doctior. At melius per

270. Exempla. *Doilu*, major. *rùla mo iodgei*, palmo major. *yene quiñe vutan iod prai llame mo*, Balena ſtaturâ hominis eſt altior lupo marino. *pu malûen ñobi ta ñi huentu kdau mo*, mulieres viros diligentia & induſtria ſuperant. *inche iod eimi* v. *ñoeimi*, ſum altior te, te excedo, vinco. *ñoulaign* v. *uñauign pu Patiru*, Patres v. Religioſi ſunt æquales. *iodn quiñe chagll*, ſum major digito. *iod pichimi quiñe rula*, palmo eſt minor. *iom quiñe vara*, amplius una ulna, una ulna ſupereſt, ſuperat. *iom* v. *iod quiñe vara mo*, plus quam integra ulna. *genochi quiñe vara*, *iod pichi quiñe vara mo*, non eſt ulna integra, eſt minus. *pichi iodpe*, *quiñe mari marí*, parum ſuperet, adde paululum, peto auctarium, auctariolum. *iod aiùquebin ta DIOS vill mapu ta ñi cullin mo*, amo DEUM ſuper omnia, Creatorem rebus creatis antepono, præfero. *iod aiûquebin ta ñi raquiabiel*

biel ta DIOS, *ta* ni *huerilcaiabiel mo*, *iod raquiduamabin*, v *iod cùparaquiabin ta DIOS*, *ta* ni *huerilcaabiel mo*, melius mihi eſt, & præſtat DEUM colere, & DEO ſervire, & malo DEUM honorare, quam offendere. *iod aiùbun ta* ni *umautuabuel*, *ta ta* ni *chillcatuabuel mo*, mallem dormire, quam legere. *Huema laiabun*, *huerilcalaian mai*, malo mori, quam peccare. *Huema laiabun pi* v. *ca*ll*i lachi pi*, *huerilcalai mai*, maluit vitam amittere, quam peccato ſe obſtringere. *uûaui* v. *uyaugei ta iu quimn*, ſumus litteris & ſcientia pares. *uyaugei ta mi quimn*, *ta mi pe*ni *ta* ni *quimnon mo*, v. *uyauuigu ta mi quimn*, *ta mi pe*ni ni *quimnon egu*, tam tu peritus es, quam ignarus tuus frater. *vill vemgei*, non datur diſcrimen. *uûauigu*, *uyauign*, ſunt æqualia. *cofque ique*ll*ebin*, *ilon no*, magis me panis, quam caro delectat, plus mihi ſapit panis, quam caro. *tva mai*, *teye no*. hoc potius, quam illud. *inche iom piquen vachi cu*ll*in mo*, ego plus offero. *iod pichi pin*, ego minus. *qui*ni*e mùr curam iom eluaeimi*, par ovorum addam. *iod cùmequechi*, melius. *marichi cùmequechi*, optime. *chem iom piabun*, quid plus dicam. *iom gelai dgu*, ſatis eſt, ſufficit, nihil reſtat. *iom rupage*, progredere, proſequere. *iom monmahuegen eimi meu*, cognatione mihi, quam tibi, eſt conjunctior; communione ſanguinis arctius ſtrictiusque illi

 de-

devinctus ſum, quam tu. *allue ladcùnche*, triſtior. *allue tem*, *allue vucha*, ſenior. *cùlagen mo*, *teye iod hueragei*, trium v. ex tribus ille pejor eſt. *Nahuelgrù cúla venten iod pùtuquei Pichihuala mo*, v. *Nahuelgrû ni pútun cùla venten iodi Pichihuala ta ni pùtun mo*, *Nahuelgrù* ter tantum amplius bibit, potat, quam *Pichihuala*. *pichi iod yovulu*, paulo audacior. *iod pichi iovùlu*, paulo minus audax.

271. Superlativa fiunt per *cad*, *mu*, *no*, *aldùn*, *cauchu*, &c. 225. E. g. *Vill pu domo cad cùmei ſanta MARIA*, Optima inter mulieres ſancta MARIA eſt. *mu cùmelu*, optimus. *aldùn quimlu*, doctiſſimus. *cad antûgei*, maxime ſol ardet, calidiſſima tempeſtas, omnia ſolis ardore flagrant, fatiſcunt, calore nimio æſtuamus, languemus, ſolvimur, deficimus.

272. Exempla: *inei doi conagei eimn mo?* quis veſtrûm eſt fortiſſimus? *Marichi iod conagelu pu Huinca mo*, *ſalamanca llechi*, inter Hiſpanos animi vigore atque magnitudine cæteros præcellit Salamanca. *chillcatuprai*, non eſt illi ſtudiorum modus, nimium in litterarum ſtudia incumbit. *ugechi cutani*, gravi morbo decumbit, jacet omnium judicio deſperatus. *duguntengei*, mira eſt ei verborum copia, ſummaque loquacitas.

tas. *no duguimi*, concinna fuit & elegans tua oratio, feſtiva, compta & tempeſtivis jo cis aſperſa, peracutisque ſententiis condita. *ùſengeimi*, mirum quam formoſa bellaque ſis. *udengei ta mi chaùtnnmaun*, acerrime pugnâſti, certâſti, dimicâſti, te defendiſti, admirandum in modum, mirifice te geſſiſti. *geno poni!* O inſolita malorum, pomorum terreſtrium copia & magnitudo. *motingeprai vachi huentu*, nimium pinguis, craſſus, obeſus eſt homo iſte. *no aiùvali ta DIOS*, DEUS eſt infinite amabilis *mu quimi*, nimium ſapit, eſt ſapientiſſimus, doctiſſimus, peritiſſimus. *mu huentu*, homo gravis, conſtans, ad multa natus, aptus, idoneus. *mu che*, præclarus, egregius, egregie eruditus. *mutu quimbin*, certe, certo ſcio, compertum mihi eſt, compertum habeo, exploratum mihi eſt, exploratum habeo. *mu vutai*, valde altus. *mu rumei*, valde craſſus. *cautun* v. *cauchun*, eſſe multos. *cauchu cùmei*, longe optimus. *cùmegei pigei*, *hueluquemai marichi iodi ta ni cùmen*, non tantum bonus, ſed optimus & longe optimus. 225.

273. Diminutiva fiunt commutando literam vel literas in alias magis blandas, molles, teneras. E. g. *cuchani* pro *cutani*, ægrotat. *amochuiu* pro *amotuiu*, eamus nos duo. *cuſe* pro *cuye*, anus. *quiſulen* pro *quidulen*, ſum ſolus. *vochum* pro *votm*, filiolus. *ſiu*

pro *riu*, carduelis. Item præponendo *pichi* v. *pichù*, parvus. *pichi leuvu*, fluviolus. *pichi pnen*, infantulus. Item addendo *em*. 200. *gamno* 201. v. 292: 4.

274. CAPUT VIII.

DE CONSTRUCTIONE NOMINUM, VERBORUM, PARTICIPIORUM &c.

De hac NB. 1mo. Quamvis ordinarie Nomen & Verbum in Numero concordent, quandoque Nomen Pluralis Numeri delectatur tertiâ Perſonâ Singularis. E. g *aldún pu che tavui*, magna hominum confluxit multitudo. *aldùn huentu cupaialu pei*, videtur fore, ut ingens hominum turba conveniat, concurrat, confluat.

275. 2do. Adjectiva, quæ in lingua latina regunt caſum; in lingua Chilena particula non indigent. E. g. *Milla cunúval*, egens auro, pecunia. *lien cunùvalgei*, argenti inops.

276. 3tio. Adjectiva aureus, argenteus, ligneus, terreſtris, cœleſtis, & ſimilia vertuntur anteponendo ſuum Subſtantivum. E. g. *milla jarru*, cantharus aureus. *mamll ruca*, domus lignea. *cura cuicui*, pons lapideus. *huenu dgu*: res cœleſtis. *Tue dgu*, res terreſtris.

277. 4to. Verba aċtiva petunt accuſativum ſine præpoſitione. E. g. *JESU Chriſto ramtupaialu villchi che*, JESUS Chriſtus eſt judicaturus omnes homines.

278. 5to. Verba dandi, &c. præterea Dativum poſtulant. NB. niſi fiat modo, qui dicetur 281. *Quine Huinca mo aretubin ni huaiqui*, commodavi lanceam meam Hiſpano: Hiſpano haſtam meam utendam dedi.

279. 6to. Moneo, doceo, &c. duos Accuſativos requirunt: *quimlbin pu che DIOS ni dgu*, docui homines Catechiſmum.

280. 7mo. Verba vendo, emo, &c. petunt nonnunquam ablativum pretii. *ulimi ta mi chuquel quine Huinca mo*, arma tua Hiſpano vendidiſti. *Huelulun quine huentu inchiu quine cahuellu mula mo*, mulum cum equo permutavi. *Huelutubimi ta mi pllù alhue v. alhue mo quine rupachi tuyun mo*, animam tuam Diabolo momentanea corporis voluptate vendidiſti *gillacan quine iatehue pichin chadi mo*, paucis granis ſalıs corbinam, (v. piſcem Hiſpanis corbina) emi.

281. 8vo. Eſt modus loquendi perelegans & frequens faciendo ex verbo ſimplici & Accuſativo principali compoſitum, in quo caſu non eſt neceſſe particulam *mo* vel *meu* alteri caſui adjungere. E. g. *aretuHuaiquibin*

quine

quiñe Huinca. 278. *entumillan*, aurum effodere. Idem fit ex duobus Verbis. E. g. *pelan*, video mori. *perupan*, tranſiens v. tranſeunter video. *peconn*, intro ad videndum. *taricupalchen*, adducere homines vinctos, vinculis conſtrictos, ligatos. *ierupa Huincalaian*, non ibo ad adducendos Hiſpanos. *re mi pepapin*, non veni niſi ad te viſendum. *ayetipai*, exivit ridens. Et NB. inde ſunt verba: *duguconcloquilmi*, non te ultro ingeras ad colloquendum nobiscum. *deumaili*, poſt menſam, prandium, cœnam, finita menſa. *entuúllcui*, ira ejus deferbuit, detumuit. *entumencun*, exonerare, onus deponere, onere aut faſce aliquem levare. *pepiumautulan*, non poſſum dormire, ſomnum capere. v. Baldiv. c. 5.

282. 9no. Quando utuntur Tranſitionibus, caſum verbo ordinarie anteponunt. E. g. *macun eluaeimi*, tibi dabo veſtem ſtragulam. *quiñe conue elueneu*, agnum mihi dedit, donavit, largitus eſt. 9.

283 10mo. Verba motûs, quietis, &c. particulam *meu* v. *mo* poſtulant. E. g. *unomen mapu mo*, ex Indorum Provinciis, finibus, territoriis redux ſum. *mlequen ruca mo*, ſum domi v. ſoleo eſſe domi, intra domeſticos parietes me contineo. *quimllúcanolu, lafquen mo quimai*, qui neſcit orare vadat

dat

dat ad mare, vere temere te poteſt mare docere. *rupaian leuvu mo*, flumen trajiciam, traducam, tranſibo. *ϛemen cara mo*, fui in urbe. *uan Arauco* v. *Arauco mo*, ibo Araucum. *aldùnman Penco v. Penco mo*, multum v. multo tempore Pencopoli, ſive in Portu, urbe, civitate Conceptionis me detinui, moratus ſum. *laϛm Huacamei Colue* v. *Colue mo*, ivit in *Colue* ad occidendum vaccas *miaul-len Huaiquilafquen*, inviſi, ſalutavı *Huaquilaf*. *Tuutun Maripillan mo*, in regreſſu, reditu, rediens *Maripilo* bene precatus ſum. *vudutuquei pulelvun*, in campo aucupio perdicum indulget, perdices inſe&atur, perdicibus inſectandis, capiendis intentus eſt. *umautuquei pulemu*, in ſylva ſomnum capit, edormit crapulam, ſomno ſepultus jacet. *nami pu rulu*, errat, oberrat in æquore campi. *anùlen pu ktal*, ſedeo ad ignem. *utuan pu ruca*, redibo domum. *villchi che ni mlen mo ϛellei cutancaquechi moϛen*, quo quo te vertas omnia plena malis, intus pugnæ, foris timores. *iebigè mencun ta ni elupuam mo*, porta noſtras ſarcinas, impedimenta noſtra ad hoſpitium, diverſorium, cubiculum. *Igleſia ta ni elϛeal mo rϛalϛean*, in loco, ubi fabricandum eſt templum, ſepeliri, ſepulturæ mandari volo. *elmeaimi cachal ta ni catumamllmeal mo*, ſecurim, ubi ſecaturus, cæſurus, fiſſurus ſum ligna, portabis, pones, relin-

relinques. *umautumeaimi mo*, ubi cubitum, dormitum ibis. *lagmgei mo*, ubi occiſus eſt. *ta in conigen quine tecan rume pulelai ta in eltun mo*, ab incunabulis ſepulchrum vix paſſu diſtat. ù*can antù mo quine uùnman gelai Borohue mo Tolten cùtu*, Tempore æſtivo Boroâ Toltenum uſque eſt iter integræ diei. *cùla uùnmangei Puren mo Penco mo*, Pureno eunti Pencopolim, ſive ad civitatem Conceptionis, ad minimum iter integri tridui eſt conficiendum. *rupaimi mo*, ibi ubi tranſiſti. *Senor JESU Chriſto lauyei Jeruſalem pigeluchi cara mo ta in huerilcan ni vla, vei ni pllù naũuyei minu Tue meu montuam deſtuqueluchi pu pllù, vei meu getuupai praiam huenu mapu meu*, Dominus JESUS Chriſtus mortuus eſt Hieroſolymis pro peccatis noſtris : Ipſius anima deſcendit ad inferos ad liberandum animas detentas in lymbo: inde redux reuniens ſe corpori, hoc revixit unà cum anima aſcenſurum in cœlum.

284. 11mo. Ad Interrogationes. E. g. *inei?* quis eſt, non reſpondent *inche gen*, *Pedro gei*, &c. ſed *inche* 30.

285. 12mo. Abſtracta fiunt per Verbum *gen* additum adjectivis vel Subſtantivis. E. g. *cùmegen*, bonitas. *apogen*, ſublimitas, celſitudo, ſummus honor, ſuprema poteſtas. Et NB. quod in idiomate Chileno fiunt ab-

ſtracta

ſtracta uſque adeo de Pronominibus ac Nominibus propriis e. g. *inchegen*, *eimigen*, *Pedrogen*, &c... Petreitas. Poſſuntque abſtracta variari tribus modis. 1) addendo *gen* invariabile. 2) Dum ſignificatur perſona determinata, quæ habeat adjunctam particulam perſonæ, verbum *gen* mutari poteſt vel in Participium, e. g. *ni nuagen*, *ni nuagelu*, ſua nequitia, ſuum ſcelus, ſua fraus, ſuus dolus, ſuum flagitium ; vel in Tempus, quem ſenſus popoſcerit. E. g. *mi ulmengen*, *mi ulmengeimi*, tua celſitudo, dominatio, generoſitas, &c. 3) Per ſingula ſingulorum modorum, (prout verus ſenſus poſtulat) Tempora. E. g. *mi ulmengen*, *mi ulmengebun*, *mi ulmengeam*, &c. Et cum Negatione. E. g *mi cùmegenon*, *mi curegenoel*, &c. Quandoquidem non es bonus, non es junctus, ligatus vinculo matrimonii, uxorem non habes. NB. 2do. Hæc abſtracta non eſſe tertiæ perſonæ, ſed quam indicat, quæ adjungitur, particula. E. g. *mi Patirugen vemabuimi cam chi?* Tua Paternitas hoc faceret. Sic dicitur etiam juxta dicta ſuperius N. 92. 85. *Tuyupiuque*, lætitia cordis. *conute*, frigus quod intravit 92. *gen* præpoſitum ſubſtantivo, Dominum ſignat. E. g. *gen ruca*, Paterfamilias. *gen mapu*, Dominus Territorii. *gen cahuin*, Hoſpes. *gen chillca*, poſſeſſor libri. *gen prun*, choragus. *gen duamgeimi*,

geimi, es tui liberi arbitrii, tui juris. *elmetubige gen te mo*, porta illud ſuo domino. *unoltubige gen macun mo*, hanc veſtem ſtragulam ſuo domino reſtitue, reddas. *inche gen ovicha gen*, ad me hæ oves ſpectant, pertinent. En totam ferme ſyntaxin in media philura!

286. CAPUT IX.
DE ADVERBIIS.

Dicturus de Adverbiis caput hoc in tres divido Paragraphos. Primus dabit regulas adverbia formandi. 2dus tractabit de Adverbiis reſpondentibus Linguæ latinæ. 3tius de Adverbiis idiomati Chileno propriis.

287. § 1. Regulæ formandi Adverbia.

1mo. Componendo Nomina vel verba cum particula *nma* 21., fiunt Adverbia Temporis, Quantitatis, aliaque, prout fuerit Nominis vel Verbi ſignificatio. Notandum autem quod ſingulæ voces quæ in *nma* finiunt, habere poſſint ſignificationes omnino tres. 1ma, ſi componuntur cum Verbo, ſunt pars Verbi; ſi cum Nomine, ſunt pars nominis. 2da, quando junguntur cum ſubſtantivo, extra compoſitionem ſupplent pro adjectivis. 3tia, ſi ponuntur ſola, erunt Nomina ſubſtantiva & ſimul Adverbia, prout libuerit. E. p. *aldùnma*, jam dudum, jam pridem:

pridem: item qui moratur, cunctatur, cunctantius agit, moras nectit, moram facit, tardius res, conſilia expedit. Ita *pichinma*, *chumtnma*, *ventenma*, *munanma*, quæ omnia applicantur ad tempus, locum, ac quantitatem ſignificandam. 543. Adverbia hujus terminationis, quæ derivantur a Verbis vel Nominibus, eorundem ſignificationem aſſumunt. E g. *tacun*, cooperio. *tacunma*, occulte. *tafn*, convenire, confluere, uniri. *tafma* v. *chafma*, unà, ſimul NB. quando *tafma* v. *chafma* derivatur a *tafn*, erit ſcribendum & pronuntiandum vel cum *f* aut *v* conſonante, vel cum *b*: ne confundatur cum *tauma* v. *chauma*, luſcus.

2do. Addendo aliquibus adverbiis loci particulam *pa* 213. ſignificant cis v. ex hac parte illius quod nomen indicat. E. g. *Huente pa*, ſuperius, ſupra ex hac parte. *minupa*, interius ex hac parte. *punpa*, idem. *huecunpa*, foris ex hac parte. *pa* nonnunquam etiam annectitur Nominibus. E. g. *lom*, prærupta montis. *lompa*, ex hac parte præruptorum. *nopa*, ex hac parte aquæ, viæ, & ſic de reliquis. Adverbia habentia annexum *me* non obſervavi alia, quam *nome*, ultra v. trans flumen, ex altera parte fluminis vel viæ, & *naume*, inferius ex altera parte.

3tio. Jungendo numeris cardinalibus; item adverbiis quantitatem indicantibus e. g. *chumtn*, *ventn* particulam *chi*, dicent illud, quod numerus vel dicta adverbia exponunt, tot contigiſſe vicibus. E. g *quinechi*, una vice. *epuchi*, duabus vicibus. *mivuchi*, quoties. *aldùchi*, ſæpe, ſæpiſſime. *ventenchi*, toties. 547. 278: 6.

4to. Si numeris cardinalibus addis particulam *hue*, fient adverbia temporis futuri ſignificantia quando vel poſt quot dies. *Epuhue*, poſt duos dies, poſt biduum, perendie. *cayuhue*, poſt ſex. *munahue*, poſt paucos. Non dicitur *quinehue*, poſt unum diem, ſed *uùle*, cras. Iisdem ſi in fine addas *mo*, tempus præteritum oſtendent. E g. *epuhue mo*, intra biduum, nudius tertius. *cúlahue mo*, nudius quartus. *melihue mo*, nudius quintus, &c. *munahue mo*, paucis abhinc diebus. Nec dicunt *quinehue mo*, ſed *uùia*, heri. Aliquoties *mo* ſuperaddunt *m* 210 dicendo *epuhuemom*, *cùlahuemom*. Verùm tunc eſt Verbum, non Adverbium. 210.

5to. Ex omnibus Partibus Orationis formantur adverbia addendo in fine *gechi* vel *quechi*, quæ qualitatem Nominis aut Verbi proprie manifeſtant: Verbis tamen ultimum *n* eſt aufferendum. E. g. *lefn*, currere. *lefquechi*, curſim, cito. *praquechi*, ſurſum, de

pran,

pran, aſcendo. *Maripillanquechi*, ita ut *Maripil. tehuaquechi*, inſtar canis. Ipſa adeo adverbia addito *quechi* v. *gechi* erunt adverbia duplici titulo. E g. *chemquechi?* qua ratione. *muchaiquechi*, quam primum. *vaquechi*, ſic, ita, hoc modo, in hunc modum, hac ratione. *veiquechi*, illo modo Adverbia in *gechi* fiunt negativa ponendo *no* ante *chi*. *elugenochi*, *elunochi*, &c *lefnochi*, *lefnoquechi*, *pranoquechi*, *pranochi*, *chemnochi*, *genochi*. P. Baldivia notat, quod particula *quechi* adhibeatur iis, quæ in *a* deſinunt; cæteris autem poſtponatur *gechi*, at uſus eſt, quod apponantur promiſcue *gechi* v. *quechi*, ſolum in duobus adverbiis *chumgechi* & *vamgechi* eſt frequentius *gechi*.

6to. Addita particula *tu* 1) Nominibus numeralibus notat vices, ut ſupra diximus de *chi*. E. g. *quinetu*, una vice. *eputu*, duabus vicibus. *eputu pinomi tva*, bis matrimonio conjunctus eſt. His adverbiis ſolent horas numerare. *quinetu*, hora prima. *eputu*, ſecunda, &c. *eputu mo*, poſt duas horas. 2) additur adverbiis. *hueciuntu*, a foris. *minutu*, intus. *huenutu*, ſuperius. *taftu*, coram. *mutu*, certo, absque dubio.

288. §. 2 De adverbiis, quæ adverbiis latinis reſpondent

Duo hæc Lingua habet Adverbia, quæ

ad negative reſpondendum ſerviant nempe *mu* & *no:* aliqui dicunt *no* cum n; alii cum *n.* Diſtinguitur hoc *no* a *no* verborum, nam hoc ingeritur ipſis verbis ac ſolum verba negat. *no* autem de quo loquimur, eſt extra compoſitionem, negatque exceptis verbis omnes orationis partes: Verba autem, ut diximus 105. habent ad negandum ſuas proprias particulas *la*, *qui*, *no* Ponitur iſtud *no* omnino in fine, immediate poſt totam orationem. E. g. *Inche no*, ego non. Quoties ſunt ſimul & adjectivum & ſubſtantivum; *no* poni poterit v. in fine, v. inter adject. & ſubſtant. E. g. *cùme che no*, v. *cúme no che.* idem eſt de Nominibus numeralibus, quando concurrunt cum *mita* vel *mel.* E. g *aldù no mita*, v. *aldù mita no. quinelque mel no*, v. *quinelque no mel.* Idem eſt de Nominibus quæ adverbium comitantur. E. g. *cuchillo rume no*, v. *cuchillo no rume.* Tantummodo quando comitantur *ple* vel mo, *no* poſtponetur. *inche mo no*, *vaple no.* *no* non ſolum in reſponſionibus, ſed etiam in interrogationibus adhibetur. E. g. *vei no cam?* nunquid ita? *eimi no?* nonne tu? NB. ingens diſcrimen inter *no* adverbium negativum, & inter *no* ſuperlativum. 271. 272. nam alterum negat, affirmat augetque alterum: dignoſcuntur autem quod *no* ſuperlativum ſemper tam verbum, quam reliquas orationis partes antecedat, contra *no* negativum poſtponatur.

Num *no* negativum habeat eandem originem ſeu Etymologiam, quam *no* ſuperlativum, quod oritur a verbo *non*, vincere. Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. 115. 116. 117.

2do. *Mu* quoque idem eſt, quod latine non. Quando eſt adverbium negativum, ſemper vult eſſe ſolum, nec alios comites admittit, quam unum ex his tribus: *ca*, *mai*, *ula*, qui ſolent eſſe ſui pediſſequi. E. g. *mu ca*, non; & eſt cum imperio, ſignumque ſuperioritatis. *mu mai*, non, eſtque urbanitatis, obſervantiæ & reverentiæ ſignum. *mu ula*, nequaquam, minime, neutiquam, nullatenus. Adverbia *ca* & *mai* affirmativa nihil officiunt *mu* negativo, potius ejus negationem approbant, confirmant, decernunt. Quoties *mu* vel Nomen, vel Verbum vel alteram orationis partem præcedit; idem erit quod *aldù*, multum. E. g. *mu quimi*, ſcit multum. *mu quimlai*, non eſt valde verſatus, peritus, intelligens. *mu huentu*, ad multa aptus, idoneus. *mu che*, nobilis, præclarus, ad multa magnaque natus. cum *mu* non raro ſe jungit *tu*, & tunc ſignificat 1) utique. *mutu vei pilelen*, ne omittas rògo dicere; non committas, ut deſis. 2do. ſupra. *mutu mamll mo*, ſupra ſcamnum. 3) intus. *mutu cara mo*, intra urbem, in medio civitatis. 4) eſt exaggeratio. E. g. *mutu quin-*

tulelaeimi, inquiram ſedulo, omni ſtudio ac diligentia, rem indagabo etiam atque etiam, iterum iterumque, magnopere, majorem in modum. 5) Certe, profecto, hercle: *mutu quimbin*, certiſſime ſcio, ita medius fidius, ita me hercle geſta res eſt. 115. 116. 117. 226. 271. 272.

3tio. Adverbia, quibus affirmative reſpondemus, dividuntur bifariam, nam quædam ſunt mere affirmativa, alia vero & affirmant, & confirmant ſententiam. Inter mere affirmativa præcipuum eſt *mai* uſitatum in Miſſionibus; *emai* in *Chiloe* & inter *Huilliches*: Jacobopoli dicunt *ca*; nonnulli *ea*, mulieres pronuntiant *he! ha!* cum quadam modulatiuncula, & nonnunquam *hu* clauſis dentibus.

4to. Confirmativa numerantur quam plurima. En turbam: *lle*, *llechi*, *veille*, *vei llechi*, *vei lle ve*, *vei lle ga*, *vei ca*, *vei caba*, *vei ve*, *vei que*, *vei mai*, *vei cacha*, *veibuel*, *vei no cam chi*, *gatu*, *vei gatu*, *leù*. His confirmativis utuntur in ſuis Dialogis, ſeu, ut vocant, Parlamentis: & quoties alter qui loquitur, concludit aliquam periodum, alter qui audit, ipſius dicta vel aliquo ex præcedentibus, vel ex ſequentibus adverbiis confirmat. 116. Adverbium *gatu* ſolet poni vel poſt *vei*, vel poſt verbum, vel quid ſimile. Etiam

adhi-

adhibent *mupin*, adverbialiter. Item dicunt *mupimi*, verum, veriſſimum dicis. *ca* nunquam ponitur ſolum, ſed poſt aliquam orationis partem.

5to. His Adverbiis addi poſſunt formulæ jurandi, quæ conſiſtunt in hac particula *ſm* v. *xm*. Interrogant igitur: *inei ſm?* per cujus vitam juras? & jurans reſpondet: *Pai ſm papai ſm*, *nuque ſm*, per matris vitam. *chao ſm*, per patrem. *inche ſm*, per me ipſum. &c. & hic eſt modus jurandi verbo vel expreſſis verbis. At etiam facto & opere jurant. V. *mancuù uln.* 774.

6to. Adverbia dubitativa ſunt *chei*, *chemai*, forſan, forſitan. At nunquam ponuntur ſola, ſed ſemper comitantur vel verbum, vel aliam partem orationis. E. g. *vei chei*, eſtne idem, ille. *eimi chemai*, esne tu. Quandoque componuntur cum particula *chu*. E. g. *chuchei*, *chuchemai*, ſum neſcius. At tunc aliquo modo peccant contra regulas urbanitatis ac debitæ obſervantiæ. *chuchei*, unde hoc ſciam, neſcio. *chuchemai*, quid hoc ad me? num ego... Dicitur etiam *tume*, *tumechi*, forte, fortaſſe. *Huilliches* pro *chei* dicunt *pei*, item *Chilli*, utuntur etiam *gepei* adverbialiter, & tunc eſt idem quod *chei* 214. *Chei* annexum adverbiis tempus indicantibus notat ironiam. E. g. *ahuechi*, tempus

longum incertumque ironice. *ahuechi peuaiñ*, in altera vita v. DEUS novit, quando iterum nos videbimus; ſed ironice: nam verus ſenſus eſt, mox ſe viſuros iterum. *chai chei* v. *chaichi: chaichei gebui veichi dgu*, ſic erat olim, ante annos aliquot, ironice, vel etiam absque ironia *ahue vemaimi chei?* an facies ſtatim? *chai chei veman*, fortaſſe ſtatim faciam.

7mo. Adverbia Temporis ſunt quæ fiunt per *hue* & *nma*. 287.: 4. Reliqua quæ tempus indeterminatum ſignificant, ſunt *chuml*, quando. 226. 227. In *Picun mapu*, dicunt *chugl. chuml ula*, quouſque tandem. *veichi*, tunc: in *Picun mapu: veicùl.* Hoc *veichi*, mox, ſtatim, refertur ad tempus & præſens & præteritum, & futurum. In âliis locis pro *veichi* dicunt *muña*. *veichi acutuimi quimbin*, mox atque veniſti, ſcivi de adventu tuo. *moll*, ſemper. alii dicunt *mgenque* v. *mgenquechi*: at *moll* cum *gen*, *iaun*, *miaun*, eſt eſſe nudum.

8vo. Tempus determinatum indicant *tai*, *chai*, *mutai*, *muchai*, jam, nunc modo. applicanturque tempori tam præterito, quam futuro. *chai tuun*, nunc exivi. *tai acutuan*, mox redibo. *culai*, dudum. *ado*, jam, nunc, modo. *pichi ado*, *pichi mutai*, paulo ante, paulo poſt. Singulis his adverbiis jungi poteſt

ula:

ula: ſignificabuntque tempus præteritum & futurum E. g. *chai ula*, paulo ante, paulo poſt. *veula*, nunc. *munahue* v *muna*, modo, haud ita pridem. *muña acullebuiñ*, *eimi tuuimi*, paulo ante quam veniremus, tu exiviſti.

9no. Ante, quando eſt adverbium Temporis: *huema*, *peucachi*, *penchu* , quamvis *penchu* ſit etiam adverbium ordinis de *penchu* & *huema* formantur verba *huemaln*, *penchuln*, incipere; primum eſſe. *ula*, poſt, poſtea. *ula cupaian* v. *cupaian ula*, veniam poſtea.

10mo. *uùia*, heri. *ule* v. *uùle*, cras. *tafuuia*, veſperi, veſpere. Hodie, ſi intelligatur dies viginti quatuor horarum, proprie non datur, per Periphraſin *vachi antù* vel *chai*, *tai*. 540. 541.

11. *Caȝechi* adverbium numerale, ſignificat iterum, at adverbium temporis, ſonat alia vice, alio tempore, & applicatur tam tempori præterito quam futuro. Item dicitur & ſolum, & cum *ula* *Mel* ſignificat & numerum & tempus. *quiñelque*, aliquoties. *quiñemel*, ſemel. *ca mel*, alias: Tempus remotum ſive præteritum, ſive futurum, ordinarie unius anni. *camel lai*, obiit anno præterito. *camel cupatuan*, redibo anno ſequente. Quando volunt enuntiare multos

annos, anteponunt adverbium *mu: mu camel lai*, ante multos annos, multis abhinc annis eſt mortuus. *cuivi*, olim, antiquitus, quondam. *tute*, opportune, tempeſtive, in tempore. Et inde derivantur *tuten*, *tuteln:* in tempore venire. *tenn*, idem.

12. Adverbia loci. *Va meu*, *va mo*, hic, hac, huc: in Miſſionibus dicunt etiam *vau:* in *Chiloë tivu*. *Vei mo*, *vei meu*, ibi, eo, illuc. *teye mo*, *teye meu*, *teyeu*, *eieu*, 102. illic, illuc. *eieu* etiam ſumitur pro tempore remoto. *eieu peuaiñ em*, poſt aliquot tempus, menſes nos videbimus. 290: 22 *cheu?* ubi, quo, unde? ſemper interrogando. *cheu rume*, ubivis, ubilibet, ubique. *cheu no* v. *cheu rume no*, *cheuchi*, *cheuchei*, *cheuche mai*, neſcio ubi, quo, unde. Huc etiam pertinent præpoſitiones ſignificantes locum ſi fiant adverbia. 290: 5.

13. Adverbia Interrogandi. *Chem*, quid? 266. 267. in *Chiloë* dicunt *chuven*. jungitur cum Nominibus, Verbis, &c. *chem tva?* quid hoc. *chem dgu gei?* quid novi? quid rei? quid eſt negotii? Pro *chemn* in *Chiloë* dicunt *chemon* de *chemo* nomen rei indeterminatæ. *chuchi*, qualis? *chuchi rpù*, quæ via? *chumam* v. *chumal*, quid, ad quid, quo, quem in finem, quam ob rem, cauſam. In *Chiloë: chumiam*, *chumial*, *chumabum*, *chuabuel;*

abuel ; at iſta ſunt Participia, Gerundia & Aoriſti Verbi *chumn. chem mo*, cur, quare. *chumgelu, chumgechi?* quomodo. *chem ni vla*, pro quo? propter quid? cujus amore, cauſa? *inei ni vla?* propter quem. *DIOS ni vla*, propter DEUM. *eimi ni vla*, propter te: ita ut *vla* ſemper habeat ſecum vel rem, vel perſonam, vel particulam perſonæ, excepto ſolo *quinevla*, ſtatim, illico, quam primum. *quine vla amoin*, eamus, properemus, non moremur diutius. æquivalet *uno.* 230. *cam*, an, num: *chem cam?* quid, quid ergo, quid enim. *chem cam tpuabuen chei*, quid igitur? egone abs te vapularem? *cam* ordinarie habet adjunctum *ve* vel *chi.*

14. Adverbia demonſtrativa, quæ reſpondeant à En, ecce! hæc Lingua non habet: ſupplentur autem per Pronomina. E. g. *va llechi, tva llechi!* Ecce iſte eſt. Quando aliquid volunt monſtrare vel oſtendere aut interrogando vel confirmando, dicunt *vei tva, vei tvei.* Etiam utuntur Prænominibus demonſtrativis vel ſolis vel duplicatis. *Teye*, v. *teye teye*, ecce illic eſt. *tva* v. *tva tva*, en hic eſt *vei* v. *tvei*, v. *tvei tvei*, ille eſt. Quando adhibenda ſunt Nomina propria vel appellativa, Pronomina Nominibus jungantur. *Tva Huaiquilafquen*, en *Huaiquilaf. Teye Huanqueloneo*, ecce *Huanquel.* At ſi fuerit aliquod ex Pronominibus primitivis, non

ponentur dicta Pronomina, ſed verbale *mlen* cum particula perſonæ. *Tva ta in mlen*, ecce adſumus. Idem fiet in primo loquendi modo. *Teye ni mlen*, ecce ipſum. 20. 23.

15. Adverbia motûs *matu*, *arol*, *ahue*, *geni*: feſtinanter, celeriter, propere, præpopere. De his fiunt Verba vel addendo *n* ſolum, vel unà cum *l*. *ahuelaimi*, non feſtinas, properas, acceleras. *ahuelbige*, urge illum, inſta illi. *arol lan*, mors repentina, ſubitanea. *mancha*, *allhue*, *nochi* v. *nochiquechi*, *allhuequechi*, *manchaquechi*, paulatim, ſenſim, placide. Adverbia *mancha*, *allhue*, *nochi* nunquam reperiuntur ſola, ſed vel duplicata, vel cum particula *quechi* E. g. *mancha mancha*, *allhue allhue*, *manchaquechi*, *allhuequechi*: ſenſim, lente, feſtina lente: at cum verbis, utroque modo poni poſſunt. De his adverbiis cum particula *ca* formantur verba. 192. E. g. *nochican*, *allhuecan*, lente procedere.

16. Adverbia qualitatis quæ reſpondeant Latinis in *ò* & *è* ſecundæ declinationis. E g. certò, certè, ſanctè, juſtè, rectè, &c. item in *er* aut *è* tertiæ declinationis. E. g. facilè, faciliter, difficile, difficiliter, &c. formantur in Chilenſi Idiomate non ſolum per adjectiva, verum etiam per ſubſtantiva, verba & adverbia ut dictum 287: 5. addendo *gechi* v.

quechi.

quechi. E. g. *cùmequechi*, bene. *hueraquechi*, male, *leûquechi*, certo.

17. Numeralia ſunt *mivuchi?* quoties. *aldùchi*, ſæpe. At NB *pichichi*, non eſt in uſu, ſed ejus loco dicitur *aldùchi no*, raro. *quiñe mita*, ſemel, una vice. *mari mita*, decies. *pataca mita*, centies. *huaranca mita*, millies *quiñelque mita*, *quiñelquemel*, *ɡeûumel*, aliquoties: *pichi mita*, non dicitur. Ut fiant negativa, additur *no* vel in fine vel in medio. *Epu mita no* v. *epu no mita*, bis non, haud bis. *quiñelque mel no*, v. *quiñelque no mel*, non ſemel. *aldùchi no*, *aldù no mita*, non ſæpe. *ca mita*, iterum. *ulcatuɡe* v. *ca mita ulcaɡe*, canta iterum. *Marichi* ſignificat 1mo. decies. 2do. eſt numerus determinatus pro indeterminato & confuſo. E. g. *marichi vei pibin*, illi dixi ſexcenties, plus millies, pro ſæpiſſime illum monui. 3tio. ſignificat propoſitum firmum & ſeriam voluntatem faciendi aliquid vel non faciendi. *marichi aiúlan*, nolo, nec perficiet, quamvis maxime inſtet, urgeat, conetur, ut faciam. *marichi vei pile*, *vemlabin*, quamvis centies, millies jubeat, mandet, imperet, non faciam. *marichi lali rume*, *Patiru ɡetulaian*, citius mihi vitam extorſerint, quam Religioſum efficiant. NB. Diſcrimen inter *mita* & *mel*. *Mita*, quod eſt mutuatum a Lingua *Quichua* ſeu Peruviana; ſolum numerat vices præſcin-

ſcindendo a tempore, ſed *mel* applicatur ad ſignificandum tam numerum quam tempus, ſeu in quot occaſionibus. *quiñe mel*, ſemel, in una occaſione. *epumel*, bis, in duabus occaſionibus.

18. Hæ dictiones: prima, ſecunda, tertia, &c. vice, vertuntur ut videre eſt in exemplis. 1) *Veula amocaquen*, v. *veula ñi amocaquen*, nunc prima vice iter facio. *tva ta ñi eputun ta ñi gicun*, nunc ſecunda vice mihi venam incidunt, ſecant, mihi ſanguinem ex brachio, pede, venis mittunt, detrahunt. *tva ta ñi melitun ta mi pibin*, jam te admoneo quarta vice. 2) *nal quiñe mita*, prima vice. *nal epu mita*, ſecunda vice. *nal quiñe mita tubi*, *lagmeiu*, primo illum ictu, vulnere occidit, peremit, interfecit. 2) *cúlatu cudei*, *vill ñambi ta ñi culliñ*, v. *ta ñi cùlatun mo ta ñi cuden*, &c. tertio luſu, ludo, luſione tertia omnia amiſit, omnium jacturam fecit, nihil illi reliquum fuit, omnibus eſt exutus. *cùlatu mo*, v. *cúlatun mo*, v. *cùlatugele*, *hueungei*, in tertio luſu conſiſtit victoria.

19. Hæ: hac vice, ab eo *v.* ex eo tempore ſic redduntur: *vachítu mo hueulaiaimi*, palmam hac vice non conſequeris, feres, lucraberis. *veichitu mo cuñivalcaumecuùmeimi*, ex eo tempore omnia tua ad interitum vergunt.

20.

20. Adverbia bifariam, trifariam, multifariam, v. dupliciter, tripliciter, &c. explicantur 1mo addendo Nominibus numeralibus *ad* cum *gen*, vel commutando Nomina numeralia in verba. E. g. *epu ad gei ta mi pepium*, *v. epui ta ni ad ta mi pepium*, duplex eſt veſtis tua, v. veſtiris dupliciter. 2do. addendo *rume. epu rume pepium geimi*, idem. 3tio. mutando *rume* in participium, item addendo *quechi* : *epu rumequechi* v. *epu rumelu vembin*, duobus modis illud feci. *ca rumelu*, *ca rumequechi*, alio modo. *quinelque rumelu*, *rumequechi*, aliquo modo. *aldù rume*, *rumei*, *rumelu*, *rumequechi*, multifariam, multis modis. *aldù rnmequechi no*, paucis modis. NB. *rumelu* v. *rumen* cum Nominibus vel Adverbiis quantitatis quantitatem vel craſſitudinem indicat. E. g. *aldù rumelu* v. *rumei*, valde craſſus, pinguis, obeſus. *pichi rumelu*, *muna rumelu*. Item *ad* notat 1mo. conſanguinitatem. 503. 2do. mores bonos vel malos. *gelai ta ni ad vachi cahuellu*, hic equus non videtur malus. *epui ta ni ad*: ambidexter, duabus ſedet ſellis.

21. Adverbium negativum quod reſpondeat Latino *nè*, Lingua Chilena non habet, verum ſupplet particula *qui* cum ſuo Imperativo. E. g. ne feceris, noli facere. *vemquilmi.*

22. Adverbia ad reſpondendum quando quis vocatur, ſunt duo: *chem* & *ai*. Quidam rudes & inculti reſpondent *au!*

23. Adverbia Taxativa ſat, ſatis: ſunt duo. 1mo. *Vanten*, *venten*, & ſignificant 1mo. non plus, haud amplius: *venten*. *venten*: 2do. factum verbum eſt idem, quod ſatis eſt, ſufficit. *venteni*, *ventencai*, *ventenpe*. Et his vocibus utuntur ad ſedandas diſcordias, ad vagitum ſeu fletum infantis comprimendum. Item in menſuris, &c. item ſolet eſſe ultima clauſula in colloquiis, ac ultimum vale. *venteni*, *ventencai vachi dgu*. 2do. *mtn* quod ſonat ſatis, atque etiam ſolum, tantum. *eimi mtn*, tu ſolus. *quine mtn*, tantum unus. *ni mtn votm*, meus unicus filius. *Reche mtn mlei*, ſoli Indi adſunt. Hoc item adverbio ſuppletur nunquam, ſed tunc ponitur affirmative. *Tva ta ni mtn peun*, hac ſolum vice nos videmus. Suppletur etiam nunquam per particulam *hue* inſertam verbo negativo. *Vemhuelaian*, non faciam impoſterum. Ex *venten* & *mtn* fiunt abſtracta *mtngen*, *ventengen*. *quimlan ta mn mtngen*, neſcio quot v. quot numero ſitis. *tva ta ni mtnhuen* v. *ta ni ventenhuen*, finis, non poſſum ultra, nihil ſupereſt, finita res eſt. *tva ni mtnn*, hoc poſſum prætereaque nihil. *cheu mtnaimi* v. *chem ta mi mtnal?* quouſque pervenies? *ta ni mtetun*, v. *mtetun* (ſolum) quouſque potero.

24.

24. Adverbia quantitatis indeterminatæ ſunt *chumtn*, quantum. *vanten* v. *venten*, tantum. Applicanturque tam quantitati continuæ quam diſcretæ. *chumteni* v. *chumtn gei ta mi oviſa?* quot oves numeras? *chumteni vachi mamll?* quantum eſt hoc lignum. *mivúgei ta mi votm?* quot filios habes. *mu vutai*, eſt valde altus, magnus, procera ſtatura. *mu rumei*, craſſus, obeſus. Reliqua adverbia quantitatis tam continuæ quam diſcretæ ſunt *ald*ù, *cad*, *cauchu*, multum. *Pichi* cum Nominibus ſubſtantivis eſt adjectivum parvus, cum verbis eſt adverbium parum. *pichin vinu*, parum vini, ubi parum eſt ſubſtantivum, uti *aldùn*, multum. Ex adverbiis fiunt verba *pichin*, parvum eſſe. *aldùn*, *cadn*, *caut*ùn, *cauchùn*, multos eſſe. *cauchun* ſignificat etiam tranſire, jungiturque cum *pa*, *me*.

25. Magis reſpondet *iod*, n*o*, n*ochi*, *iom*, plus, amplius. Inde *iodn*, n*on*, *iomn*. Adverbia comparativa fient anteponendo *iod* adverbiis finitis in *gechi* v *quechi*, *iod lefquechi*, currendo citius. *iod cùmequec*hi, melius. Eodem modo formantur ſuperlativa anteponendo *marichi iod*, *marichi iod cùmequechi*, optime. Si ſuperlativa fuerint abſoluta, adverbia fient vel per *marichi* ſolum, E. g. *marichi cùmequechi*, optime; vel addendo *quechi* ſuperlativis abſolutis, quæ fiunt ex

ver-

verbalibus cum particula *ten.* *chovuntengechi* v. *chovuntenquechi*, negligentiſſime, omnino negligenter.

26. Quando Adverbia tantum, quantum ſunt relativa, fient 1mo per *uûaun* eſſe parem, æqualem. *uûaui* v *uyaugei ta mu quimn*-eſtis in litteris, ſcientia, doctrina pares. *uûaugei ta mi quimn*, *ta mi peni ta ni quimnon, mo* v. *egu* v. *uûauigu ta mi quimn*, *ta mi peni ta ni quimnon egu*, tantum tu es peritus, quantum ignarus eſt tuus frater.

27. Habet hæc Lingua quod reſpondeat quando interrogativo, nempe *chuml*, at non quando ſine interrogatione. hinc 1mo absque omni adverbio utuntur ſolo ſubjunctivo: *aculi v. acutuli*, quando adveni. 2do absque ſubjunctivo ſimpliciter E. g. *acui piru*, *inche mlelan va meu*, peſte graſſante, in omnesque ſæviente, ego aberam. 3tio. per gerundium Ablativi: *ni acuabuum v. ni acuabun mo:* quando erat venturus.

28. Adverbium Vix explicatur 1mo per *gechi*, at NB. quod *gechi* cum Nominibus eſt participium in *lu* e. g. *co gechi* id eſt *co gelu: gechi co*, id eſt *gelu co* 2do. ſignificatur per *huera v. hueraquechi. Huera mogen*, *hueraquechi mogen*, ægre vivo, vix reſpiro. 3tio. per *ape v. epe. ape acui*, *vill tepelcaquebi ta ruca*, vix venit, quando totam

do

domum concitat. *epe tuui*, *v. ape tuulu lagmmebi quine cunuval*, vix exivit, quando pauperem vita exuit, privavit, de medio ſuſtulit, morte affecit. 83.

29. Adverbia hortativa ſunt 1mo. *ca*, quod ſemper poſtponitur, & ordinarie cum Futuro vel Imperativo: non imperat, ſed ſpiritus ac animos infundit. Cum reliquis Temporibus eſt adverbium confirmativum vel affirmativum. 2do. *ea*. at iſtud ex Lingua Hiſpana videtur accerſitum.

30. Potius quando ſequitur quam, redditur 1mo. per adverbium *iod* & verbum *cùmen*, quod fiet Participium, ſi ſenſus id poſtulet, & ſi ponendum fuerit in Præterito, etiam cum *mom*. *iod cùmeabui ta ni utuabuel, ta ni mlecatuabuel mo va meu*, potius abirem, quàm manerem hic. *iod cùmei ta ni ilomom, ta ni ichalluamom mo*, potius carnem, quam piſcem comedi. 2do. per *no*. *coſque iquellebin, ilon no*, potius pane, quam carne veſcor.

31. Jam jam: *ape* vel *epe*. *ape* v. *epe tananaûai*, jam jam caſurus. 83.

32. Mox, ſtatim quando eſt ſolum, vertitur per adverbia Temporis: at ſi jungitur atque ut, redditur 1mo. per *veichi*, *muchai*, v. *mutai*. Si ſenſus eſt de futuro, poterit

etiam fieri per præteritum ſubjunctivi. *veichi* v. *muchai acuai* v. *acule*, *deſtugeai*, mox ut venerit, conjicietur in vincula, in carccrem, manum illi injicient.

33. Eſt Regula univerſalis, quod quælibet pars orationis, ex qua poteſt fieri verbum, poſſit etiam eſſe adverbium aſſumendo *gechi* v. *quechi*, vel *n* auferendo, vel ponendo illud poſt *n* ultimum.

289. § 3. De Adverbiis propriis Linguæ Chilenæ.

1mo *Rume*. 224. 2do. *Calli*. 193. 3tio. *Re*. 222. 4to *Em*, *ema*. 200. 5to. *Ula*. 229. 6to. *Petu*. 215. 7mo. *Mari mari*, quod eſt adverbium uſitatiſſimum, ac ſignificationibus abundans, exundans, inundans.

Etymologia eſt ab adverbio *mari*, decem. unde *mari mari*, decies decem, & eſt modus aſſumptus a Lingua *Quíchua:* nam Indî Peruviani ſe invicem ſalutantes dicunt *chugca chugca*, quod ſonat decies decem. At in Lingua Indo-Chilenſi habet ſignificationem magis amplam: nam

1mo. Eſt Adverbium gratitudinis: nam quoties Indo-Chilenſi aliquid dono datur, vel aliud quodcunque præſtatur beneficium, reſpondet *mari mari:* ago & habeo gratias,

amo

amo te multum de tua liberalitate: charitate, diligentia, grata mihi ſemper erit tui doni, beneficii, munuſculi memoria. 2do. eſt formula ſalutandi, valedicendi, &c. nam in congreſſu & quoties ſalutant aut valedicunt, dicunt *mari mari:* ſalve, ſalve plurimum, ſalute te impertior, jubeo te ſalvere, bene vale, valete pariter omnes, opto tibi bonum diem, contingat tibi felix ſomnus, ſervet te DEUS: omnia hæc & alia ſimilia ſignificat *mari mari*. Et reſpondens, etiam *mari mari* reſpondet; ſeu ſalve tantundem, & tu ſalve perpetuum; eandem tibi opto ſalutem, & ego viciſſim tibi bene precor; idem tibi opto, valebis tu quoque, &c. 3tio eſt adverbium obſecrationis. *mari mari Bùrenieen*, rogo, obſecro, obteſtor, manus ad te ſupplices tendo, per DEUM peto, ut mihi ignoſcas, veniam des, ne me rogantem ſupplicemque rejicias. 4to. mittendi ſalutem, &c. *aldù mari maribichi, ta ni mari mari eluabimi*, ſalutem ipſi a me dices multam, plurimam, ſalvere eum jubebis meis verbis, ſalutem illi rurſus a me nuncia, ſalvere illum quoque a me jubebis. 506. Ex *mari mari* fit verbum *mari marin* v. *marimariln*, ſignificat omnia quæ *marimari*. Quando mittunt ſalutem absque *pin*, dicunt: *aldù marimarilen* v. *aldù marimarilelaen:* At cum *pin: aldù mari maribichi pi, piabimi*, v. *aldù mari mari pieimu, piabimi*. 206. 244.

Adverbia Vocativa non habent niſi hoc unum *em:* at utuntur ſuo proprio invicem ſe vocandi modo. 1mo. Nominibus conſanguinitatis. 2do. terminis communibus cum variatione aliqua, aliisque. E.g. Vocat filius matrem: *chacha.* patrem, *chachai*, *chai*, *zai.* Vetulas vocant *cui* pro *cuye.* Decrepitas *cuſe pllù*, anima vetus, ſenex. Fratres ac ſorores ſe vocant invicem. *llam*, pro *llamûen* v. *lamûen.* Viri ſe mutuo vocant *vùr*, terminus proprius *Huillichium.* Filii matres etiam *Papai*, *Pai* vocant: & Pater filias *na* v. *nahu* pro *nahue.* Quando ſe appellant Nomine proprio, aut gradûs conſanguinitatis, addunt *cai.* E.g. *Nuque cai!* ô Mater! *Chao cai*, ô Pater! *Huinca cai*, ô Hipane! *Bernardo cai!* ô Bernarde, &c. 5.

290. CAPUT X.
DE PRÆPOSITIONIBUS.

1mo. A, ab. Præpoſitio vel poſtpoſitio (ne Inſtituamus quæſtionem de nomine) in Chilenſi Lingua magis uſitatata eſt *mo*, quæ etiam pronunciatur *mu* v. *meu*, & æquivalet quam plurimis præpoſitionibus latinis, ac pro iis abunde ſupplet. 1mo. pro a, ab. *cara mo*, ab urbe. 2do. è, ex. *lemu mo*, ex nemore. 3tio. in. *rulu mo*, in campo. 4to. de. *rou mo*, de ramis. 5to. pro. *eimi mo*, pro te. 6to. cum. *chao mo*, cum patre. 7mo. per.

lelvun

lelvun mo, per agros. 8vo. apud. *inche mo*, apud me. 9no. propter. *Huerilcan mo*, propter peccatum. 10mo. ad. *mapu mo*, ad regionem. 11mo. in. *charu mo*, in vas. 12mo. inter. *eimn mo*, inter vos. 13. erga. *DIOS mo*, erga DEUM. Præpoſitio *mo* etiam ſupplet pro *va mo* v. *vei mo*, jungiturque cum omnibus Perſonis modorum finitorum. *uquilmi mo*, pro *vei mo*, non eas illac, illic, illuc. Gaudent etiam figurâ Apoſiopeſeos tacendo vel omittendo nonnunquam *mo*. *inche gelai*, pro *inche mo gelai*, per me licet. 283.

2do. Absque, idem quod ſine; fit eodem modo. Addi poteſt, quod quando jungitur verbis abſolutis; non ſolum poteſt fieri per adverbia negativa, ſed etiam per Participium in *lu* negativum. E. g. *inolu uúta-quelaimi rume*, nunquam exis, quin v. absque eo quod cibum v. potum ſumpſeris. *pinolu tuutui*, tacitus exivit. Quando intervenit Tranſitio primæ ad ſecundam vel ſecundæ ad primam, non fiet per ejusdem participia, uti fit per participia ad tertiam, ſed vel per Gerundium Ablativi. E. g. *utuimi ni pinoeùm*, me inſalutato abiviſti: vel per Tranſitiones modorum finitorum. *utuimi pilaen*.

3tio. Ante. 1mo. quando jungitur cum Nominibus Temporis, fit per adverbium

ape v. *epe*. *Ape quiñe cuyeñ acutun* v. *acutuan*, ante menſem veni v. veniam. *ape ragi antú laiai*, ante meridiem morietur. 2. quando habet annexum quam, fit cum *ula* poſtpoſitum ſubjunctivis negativis: *comútunobilmi ula ta DIOS*, *piaulgeaimi*, antequam fruaris DEO, multa tibi ſunt perferenda.

riculum oſtentare, *aneln.* Jacio, projicio, in terram, pavimentum conjicio, contorqueo, *chanan*, *huiladcùn.* Strideo, ſtridor, *huirarcùn*, *gcurún*, *gtunn.* Ad parietem v. parieti aliquid allidere, illidere, *huiladcùn*, *chanan.* Infortunium, infelicitas, infelix caſus, fatale malum, *ella*, *ela.* Si quid ejusmodi accidat, contingat, in me impetum fortuna convertit, *ellan.* Adverſa, adverſitas, *ella que dgu.* Importune aliquem urgere, importunis precibus obtundere, premere, vexare, oppugnare, occidere, *gdaln.*

488. Exempla. *Raquiduamelcaiaeimi*, cogor tibi eſſe moleſtus, quod absque moleſtia tua fiat, ſi non gravaris, niſi moleſtum tibi eſt.

Tepelaimi v. tùyúlaimi ta mi chao ta mi glameteu, non te delectat a tuis parentibus reprehendi.

Cutanduamaimi ta mi huerilcamobium mo ta DIOS, te pœniteat DEUM O. M. offendiſſe.

Inche ni aiùvoegeum eimn ùdequeimn, amore ego vos, vos me odio proſequimini.

ni aiúel inche DIOS llechi, DEUS meus & omnia.

Aiùel ema! Dilecte mi.

Iod aiùquebin ta DIOS, quine rupaluchi tùyùn mo, Deum momentaneæ voluptati

 uti

uti par eſt, præfero.

Chem rume dgu aiùquebi ta che, lan no v. lan mtn aiùlabi, omnia amant homines præter mortem.

Vill afrupaquei maputu dgu, DIOS ni aiùgen no, v. DIOS ni aiùgen mtn afrupalai, omnia prætereunt præter amare Deum.

Aiùpraquei re uùn ulquelu, operibus non verbis amor probatur, multi fumos vendunt, ſuos ſplendidis promiſſis alunt, at non oportet verborum ineptiis virum commoveri.

Aiùbin ta DIOS v. aiùDiosquen, hæret mihi in medullis DEUS, ejus amore flagro, ille mihi ante oculos dies noctesque verſatur.

Aiùeimi v. inche ni aiùbiel eimi, te diligo, tuî amore teneor, ſingulari te benevolentia complector.

Cùmei ta mi aiùuyen, bene feciſti amando, licite amaſti, amorem tuum probo, non improbo.

Patiru ema, pu peni ema! O Pater Reverende, o Fratres cariſſimi.

Cùlmeien ta mi huincaiebin, tuus famulus, ſervus eſſe cupio, deſidero, famulum me tibi præbebo perlubenter, non invitus.

Cùlmeielabin ta ni peabiel ta ni cunùvalgeal, nollem me videre pauperem, abſit a me ſæva neceſſitas & triſtis egeſtas.

ùdebi ta ni glamgeal, conſilia ſpernit, monita

monita contemnit, documenta ridet.

Antitipaʒe, *vamtipaʒe*, ne mihi lucem adimas, item. abi, abſcede, recede, aufer te hinc, apage ſis.

*úʒech*i *údenʒeimi* n*ai*, amice nimis importunus es, næ tu valde es moleſtus, premis, occidis, in quem incidis.

*Ca*ll*i piaupe!* abeat in malam crucem, malumque cruciatum.

*Qui*n*e vla amotuʒe*, vade actutum, illico, confeſtim, ſtatim, e veſtigio.

*Qui*n*e cùʒen huentu quehuatuabueiu qui*n*e Huinca*, ergo Indus Hiſpanum altercationibus vexet, contentionibus impetat, invadat, adoriatur.

Eimi pieimi, tibi non alteri dico.

ú*llculen eimi mo*, habeo contra te non pauca, tibi iratus ſum.

Penchuknouquieli, abi e conſpectu meo, diſcede a me.

*Aldùn al*ù*lúi ta mi piʒen*, acriter tibi dolet, quod tibi dictum eſt, oratio illius te alte pupugit, nec leviter perſtrinxit.

Venten dʒu duʒupraquebi, *laʒmpubi*, adeo eum verborum ſuorum aculeis ſtimulavit, fovit, concitavit, ut animam ipſi vitamque expulerit.

Taſtueneu em! coram mihi exprobare auſus eſt.

Rupai v. naûi n*i úllcun*, *naûpapetui* n*i*

duam

duam v. ta ni piuque, defervuit mea v. illius ira, refedit iræ impetus, remifit, quievit.

Vemeneu, intulit mihi injuriam, me læfit, injuria affecit.

ni vemaeteu huerinielaiaeneu chei? nemo me impune lædet.

Eimi mo mlei ta ni ùnapiuque, contra te mea eft indignatio, tecum mihi res eft.

Eimi vùrepuenielmqueen, v. ta ni vúrepuenielmqueeteu eimi llechi, tu me conftanti odio averfaris, a meo congreffu & confuetudine abhorres, me oculis fugis, auribus refpuis, animo afpernaris.

Quimbin ta ni duguiegen v ta ni duguyegeuyen, v. ta ni duguiegemom, fcio de me rumores vagari, pronis auribus obtrectationes contra me excipi, in invidiam vocari, in multorum fermonem, vituperationemque veniffe, incidiffe.

Ladcùluqueimi ta mi raquigenon mo, dolore afficeris, quod tibi honorem non habeant, reverentiam non præftent, exhibeant.

Raquilabimi ta mi nuagen v. ta mi nuageal v. ta mi nuageimi, non te pudet fcelerum, virtus, honeftas, fama bona, bonum nomen jam vilia tibi funt.

Ta ni nuagen mo ùdegequei, ob morum perverfitatem omnes illum oderunt, odio habent.

Peaimi rume, veniet veniet illud tempus,

quo

quo poenas dabis, non abibis impunis, non tibi ſic abibit, referes gratiam qua dignus es. v. contra: veniet illius laudi ſuum tempus: ad poſteros enim virtus durabit, non perveniet invidia.

Eimi llùcantulquebimi reChe, tu es qui Indis terrorem affert, timorem incutit, eosque in metum adducit, terret, perturbat.

Eluquibilmi ta ni duguyequeum, non des illi cauſam, materiam murmurandi.

nùtamcagen ta mi ladcùn v. ladcúel quine nemel mo ta mi pibin, mihi fuit narratum, relatum, nunciatum, te ægre moleſteque tuliſſe verbum, quod tibi fuit a me dictum, quod illo verbo graviter fueris offenſus, commotus, perculſus, nec te injuriam diſſimulare, aut dolorem premere potuiſſe.

Ladcùnman ta ni piuque, in magnum luctum incidi, mœrore ac triſtitia afficior.

Tùyùbin, perhumaniter, porrecta fronte, hilari vultu, comiter illum excepi, lætitia affeci, obviis ulnis accepi, complexus ſum.

gú*mancupan*, flens adſum, vicem meam lugens, caſum deplorans.

Huiflu ta ni duam tùyùtipai, *huifnolu ladcùquei*, prout ipſe acceptus eſt, ita hoſpitium laudat aut damnat unusquisque.

Tepean pilai ladcùn piuque, non eſt conveniens luctibus ille color, oderunt hilares triſtem, triſtesque jucundum.

Quintu

Qúintuiauquebuimi ta mi tùyùahun v. ta mi tùyùabuel ta mi chao ta ni acutun mo, velles celebrare adventum tui patris.

LLadcúpraquilmi, modum lugendi fac, parce lacrymis nihil profuturis, noli ſine cauſa lacrymis aſſiduis confici, contabeſcere.

Ladcùpan, ad lugendum, ad luctum venio, ad domum luctus.

Ladcùn uùtaian, iter faciam triſtis.

Ladcùquen ta ni chao ni lan mo, ex parentis morte in luctum incidi.

Ladcùquen ta ni piuque mo v. ladcúpiuquen v. ladcùquei ni piuque inche, doleo ex corde, ex animo, ex intimis præcordiis pœnitet.

Hueragei ta mi ladcùn, ta mi ladcúal, male facis lugendo, ne animum des mœrori, animum a luctu recipe, abſtine, revoca.

gúma utun, redeo, revertor plorans.

ùllcu conpai, intravit iratus, ira commotus, incitatus, percitus, incenſus, inflammatus.

Duguquei ni ladcún, has voces dolor mihi exprimit, præ triſtitia ac mœrore in hæc verba erumpo.

Ladcùn, ladcúnquechi, ladcúgechi tipai, eſt egreſſus mœrore affectus & triſtitia.

Pratulihuen gepai v. pratulihuenquechi v. pratulihuequechi, venit ſuſpirans, ſuſpirium ab imo trahens.

Ladcùn

Ladcùn ella *que dʒu mo*, adverſa mihi dolorem, luctumque extorquent.

Aldùcutancayecupan, multa mihi in via fuerunt toleranda, magnos ſuſtinui labores.

Aldùladcùnyecupan, feci iter triſtis, mœſtus, tetricus, melancholicus.

Bùrenien mai, *daquieli chai*, chachai, miſereat te mei, meam vicem dole, mei miſericordia tangere, nec me oppugnes, vexes, exagites velim, rogo, obſecro.

Marichi bùrenielaiaeimi, nunquam tui miſerebor, te miſerum, aut vitam tuam acerbam putabo.

Duam ʒ*en*, *quiñei ta ñi duam*, habeo quod dicam, petam, negotium quod tra&em, opus eſt mihi te convento.

Caletui ta ñi piuque, *ñi duam*, *uñoduamn*, a ſententia mea diſcedo, ſententiam muto, revoco, conſilium abjicio, incepto deſiſto, calculum reduco.

Uñoduamn, *cutanduamn ta ñi huerilcan ñi vla*, doleo de peccatis meis, pœnitet me meorum delictorum.

*Eluquebiʒe v eluque*ll*ebiʒe ta ñi cutanduamqueum v. ta ñi cutanduamam huerilcan mo*, propone, explica illi motiva doloris vel eliciendi actus contritionis de peccatis.

Adi eimi mo ta mi huerilcan ʒ*enon*, decet te vitæ puritas.

Yehueeimi, pudet me tui.

Cho-

Chovùquelaiñ ta iñ raquiabiel ta iñ putem, non nos piget majores noſtros venerari.

489. Flagitia, quæ vitiorum, cupiditatumque effrenatarum effectus ſunt.

Nimio ſtudio in aliquem inclinare, nimis ſtudioſe alicui favere, plus juſto illi tribuere, plus quam par eſt illi deferre, præter modum alicui ſtudere, omnia illius cauſa velle, *nielduamn*, *aiùpran*, *ampelpran*. Blanditiis, pulchritudine aliquem ad ſui amorem allicere, pellicere, trahere, excitare, lenociniis ſibi amorem alicujus conciliare, capi alicujus amore, allici, incendi, flagrare, *ñualcan*, *maƚƚûen pin*. Rem turpem, inhoneſtam, obſcœnam, flagitioſam committere, *ñuanpen*. Mulieris pudicitiam tentare, ſolicitare, fœminam ad concubitum aut inconceſſam venerem allicere, de ſtupro appellare, *mallûen pin*. Libido, effrenata cupiditas, aliquid vehementius appetere, concupiſcere, *apiñ*, *apill*, *apilln*, *huitorcùn*. Luſtror, ſcortor, lubricam & præcipitem vitiorum viam perſequi, *ñuamiaun*. Corporis quæſtum facere, *huedquintun*, *huedemtun*. Virginem violare, vitiare, corrumpere, pudicitiam illi eripere, vim & ſtuprum inferre, *maƚƚûentun*, *huemaƚƚûentun*, *hue maƚƚûen entun*. Vim fœminæ afferre, inferre, virginem per vim comprimere, vitiare, *nùntun*.

núntun. Fornicari, *mún*, *peancan.* Amicus ab honeſto deflectens, item, amica, amaſia, *unam.* Uterque, *unamhuen.* Concubinæ aut pellicis amore captus, concubinatu infamis, concubinarium eſſe, *unamtun.* Eſſe fornicarium, fornicariam, *unamtuiaun*, *mùvoe.* Ad turpitudinem commota, concitata, *nancan.* .Pellex, concubina, *gapi.* Publica meretrix, proſtituta, vulgare ſcortum, *nua*, *mugevoe*, *cridomoche*, *nùllvoe domo.* Adulter, mœchus, ſubſeſſor alieni matrimonii, *damen*, *damentun.* Saltum, ſylvam, nemora, latebras quærere, *dúni.* Noctu ad turpia domo exiens, *umanchun.* Sodomia, præpoſtera libido, *hueiù*, *hueye.* illam committere, *hueyetun.* Cum puella rem habere, *úllchatun.*

490. Ludo, colludo, inquietare, turbas dare, *aucan.* Jocor, nugari, nugas agere, joco aliquid dicere, jocis in alios ludere, cavillari cum aliquo, *vucheun*, *vucheucan.* Dare philtrum, poculum amatorium, *maichún*, *maichútun.* Clanculum jungere, convocare, *tapmn* Dare mandata alicui ad aliquem, *eludugun.* Mandata ferre, perferre, *yedugun.* Referre, exponere, *entudugun.* Nutibus amorem mutuum declarare, deſiderii aut voluntatis ſuæ ſignum dare, oſtendere, *gdiſcùn.* Dare in malum finem, timeo Danaos,

naos vel dona ferentes, *huefcùmtun*, *medan*. Cognofcere carnaliter mulierem, exercere copulam actu, *chiquin*. *701*. Modeftius, *vúln*, *vln*, *vúltun* *688*. Refifto, obfifto, repugno, conatibus alicujus occurrere, fe opponere, impetum ejus reprimere, audaciam frangere, contradicere, *cochimn*. Fugio, fugam arripere, capeffere, fe in fugam conjicere, fugæ fe mandare, commendare, fe fugæ v. in fugam dare, fuga fibi confulere, aufugere, *nulln*. Lafcivio, attrectare aliquem, fe invicem attrectare, petulanter colludere, *mtatun*. Factis turpibus gloriari, fe de voluptatibus jactare, gloriofe fibi de flagitiis blandiri, *dallian*. Errare, peccare, *rulmen*, *crin*. Ita in anguftiis hærere, ut nec progredi nec regredi poffis, item, ita defatigari, ut vocem, loquelam amittas, *mrin*.

491. Exempla. *Vai ni mollvùn*, calet, fervet ipfi fanguis.

Aiúpran mo entumallebi ta ni ge quidu ta ni votm, fummo amore damnum illi maximum intulit.

Peumabin, vidi illum per quietem, per quietem mihi vifus eft, dormienti objecta mihi eft ipfius imago.

no aiùvali ta DIOS, DEUS O. M. fupra modum eft amabilis, fupra omnia diligendus.

Ma-

Marichi aiùlan, nolo, nullo modo, nequaquam, minime, nullatenus.

Marichi lali rume, Patiru ȝetulaian, citius me vita exuent, quam religioſa veſte induar.

Ta mn prquechi aiùbiel Tue tu dȝu! O cœcas hominum mentes & cœleſtium inanes, non ſordet terra, dum cœlum aſpicitis?

Rupal dȝu ȝechi aiùquebin, non eſt mortale quod opto.

Huiſi ta ni duam, jam voti compos ſum, quod quærebam inveni.

Deuma ta mi pemom v. mi pemobium v. mi pebin v. mi pebiel, tepen amotun, poſtquam te vidi, libens abeo.

Unamtuiauquei, eſt concubinarius, fornicator, turpibus aſſuetus.

Llumquechi v. elcaȝechi nuaiauquei, clam, clanculum ſe ſceleribus aſtringit, polluit, caute quidem, ſed non caſte.

Elcaȝechi ta ni chao mo, v. quimnolu ni chao, v. ni quimnoel ta ni chao, tipatui v. tipapatui, exiit patre inſcio.

Deuma ta ni nuapemom, ina tpuȝequei, amor in odium converſus, poſt cornua verbera.

Glamun ni huerilcan mo, me facti pœnitet, egomet me de meo ſcelere reprehendo.

Udalei ta ni piuque, doleo ex toto corde.

guman gei vachi dgu, dolendum, prô dolor, res ſanguineis lacrymis jure merito deploranda.

Regùmatuqueimi, lacrymis aſſiduis conficeris, contabeſcis.

Nochicage, manum cohibe, animo impera, furorem, iram, &c. ſuſtine.

n*aûpape ta mi piuque*, quieſce, conquieſce, ad tranquillitatem animi redi.

n*opinuvalai*, vitioſam ſuam naturam domare, caſtigare, comprimere, pravum ingenium ſuum corrigere neſcit, non didicit.

432. PARS TERTIA.

DE

CIVITATE EJUSQUE PARTIBUS.

Terra, tellus, humus, *mapu.* Cælum, cœlum, cœli, *Huenu mapu.* Terra, orbis terrarum, *Tue mapu*, *vachi mapu.* Mundus, mundi univerſitas, univerſa rerum natura, cælum & quidquid cæli ambitu continetur, *vill mapu.* Hiſpania, *Huinca mapu.* Mauritania, Anglia, Gallia, Germania & reliqua Regna omnia & ſingula, *Muru-Huinca mapu.* Provincia, Regio, *udan v. vutan mapu.* Civitas, oppidum, caſtellum, pagus, arx, *cara*, *vúta cara*, *pichi cara.* Urbem condere, *caran.* Deſtruere, exſcindere, evertere, vaſtare, delere, diruere, excidere,

dere, *entucaran.* Locus ubi Troja, urbs, &c. fuit, *càrahue.* Vicus, pagus, *pichi cara.* Miſſio ſanctæ Fidei, *ſanta Feè mapu.* Reductio, Converſio Tucapelina, Araucana, *Tucapel mapu*, *Arauco mapu.* Littus, ora maritima, *laſquen mapu.* Sinus, fundula, *túhuer*, *ɡion mapu.* Uſus, conſuetudo, mos loci, *ad mapu.* Dominus, poſſeſſor terræ, *ɡen mapu.* Se loci moribus accommodare, *mapun.* Solum vertere, alio migrare, commigrare, ſedem, domicilium mutare, *maputun.* Domus, domicilium, ædes, *ruca.* Via, trames, platea, callis, *rpuú*, *rúpu.* Viam capere, captare, *rputun.* Viam ire, *rúpun*, *rpun.* Via arenaria, *cuyùm rpu.* Via recta, *huiſ rpu.* Bivium, *epu rpu.* Trivium, *caql rpu*, Via arcta, anguſta, *úped rpu.* Limes, confinium, *qcham*, *v. aſmen mapu.* Deſertum, ſolitudo, *uhue.* Locus ab arbitris liber, remotus ab omni turba, *mlenohue.* Regio meridiem verſus, *Hillù*, *huilù mapu.* *746.* Incolæ, *Huillúche.* Verſus Septentrionem, *Picu mapu. 746.* Montes Andes, *Pire mapu*, *pire mahuida.* Horum montium incolæ, *PehuenChe.* Indus transmontanus, *Puelche* Cis montanus, *Lelvun mapu che.* Mons, *mahuida.* Collis, *pichi mahuida.* Collis perpetuus, *huivolen.* Montes in quibus Majores ſuos, aiunt, diluvium evaſiſſe, *teɡteɡ.* Terra peregrinorum, via-

 torum,

torum, *uútan mapu* Alia, diverſa terra, *udan v. uùdan mapu.* Finis, extremitas, ultimum, extremum, culmen, vertex, cacumen, ſupercilium, calx, *huechun.* Apricus locus, *nùcúmgelu.* Specus, ſpelunca, antrum, ſpelæum, *renú.* Regio in novem Regiones ſubdiviſa, *ai'lla Rehue.* unde *meli-Rehue, Quechurehue.* Conciliabulum v. convocatio Machiorum, Machios advocare, convocare, *Rehuetun, geicurehue.* Conditores, Fundatores, Expugnatores, qui primi urbes condiderunt, gentes debellarunt, armis ſubegerunt, in ditionem ac poteſtatem ſuam redegerunt, *llin mapu.*

493. Patria, natale ſolum, *maputu,huim.* Patriota, quibus eſt communis Patria, *maputu Che.* Recta tendere, recta ad forum, templum, curiam, &c. tendit, *huiſiaun, huiſcontun, rito, ritolen, ritoclen.* Aberrare a via, *crù iaun, hueluln, nuin, gun.* Deflecto, hic de via deflectere debemus, *chican.* Circumeo, per circuitum iter facere, præſtat per diſpendium ire, quam compendio perire, *ollon, huaichiſn.* Ambio, circumdo, cingo, *ollon.* Ambitus, circuitus, anfractus, obſidio, *ollol, huaichiſ, huaidùſ.* Erro, in errorem labi, delabi, incidere, deferri, errore capi, duci, a recto tramite deflectere, declinare, *crin, crún.* Viam docere,

re, indicare, oſtendere, *dallquin.* Viam monſtrare, ducem ſe præbere, *giuln.* Ad latus tranſire, *quineple rupan.* Venio, pervenio, devenio, *acun.* Diverſor, diverto, hoſpitium, diverſorium, *elun* orbis, circulus, *tùhuer* Circulum deſcribere, in orbem ſtare, *tùhuern*, *tùhuerclen.* Ora, margo, limbus, ú*pl.* Diſcedęre, egredi, ſe ſubducere, *tuun.* Caſu occurrere alicui, aliquem offendere, in illum incidere, *tafentun.* Alio migrare, *ca maputun.* In aliam domum immigrare, *ca rucatun.* Iter facere, tendere, pergere contendere aliquo, *uùtan*, *utan.* Viator, hoſpes, peregrinus, *uútanche.* *849.* Divido, dividi, diſtinguere, diſtingui, ſeparare, ſeparari, *uùdan.* Ambulo, gradior, ingredior, gradum facere, *amon.* Redeo, reverto, revertor, remigro, remeo, repeto, reſtituo, *unon*, *unotun.* Ut redeat, reſtituat efficere, *unoln.* Reſtitutio, reſtituo, *unoltun 847.* Circumeo, vagor, vagum errare, h*ualln*, *hualliaun.* In circuitu, h*uall.* Sepio, vallo, circumdo, urbem obſidere, obſeſſam tenere, obſidione cingere, premere, corona urbem claudere, ſepire militum copiis, *huallman.* Aſſueſco, conſueſco, inſueſco, dare ſe in conſuetudinem, *huimn.* Finire, finis, terminus, extremum, hic finem facit, *huechuntun.*

494. Exempla. *Chili*, *Chilli*, *Chile* Regnum Chilenſe in America meridionali, quod incipit in *Copiapo* ſub gradu 28 latitudinis meridionalis, ubi dividitur a Regno Peruviano, & protenditur Baldiviam ſub gradu 40 ejusdem latitudinis, & ultra. Huc pertinet *Chiloe* Inſula, & plures aliæ ſub gradu 44 & ultra. Item Provincia Cuyana ubi Mendoza ſub gradu 32. v. 850.

Vill mapu ni cùllin ni vla no, *DIOS ni vla mtn*, *Chili mapu mo unomean*, pro toto mundo in Chilim non ibo ſecundo: Proque Deo ſolo ſemper adire volo. 1775. anno meæ ætatis 62. Coloniæ Agrippinæ.

Indi Chilenſes vocantur *Reche*, *Chili v. Chilli Che*. *698*.

Notandum diſcrimen inter Indos & Indianos, nam hi ſunt quidem nati in India, ſed a parentibus Europæis, vel ſaltem ab illis oriundi, & plerique ab Hiſpanis: Indi autem ſunt prognati & oriundi a meris Americanis.

Meli vùtan v. uùdan mapu gei, Terræ Indorum dividuntur in quatuor diverſas grandes Regiones v. Provincias:

Lafquen vútan mapu, Terræ mari adjacentes.

Ragitun vútan mapu, dimidia pars terræ planæ, ſita inter terras mari adjacentes, & alteram dimidiam partem, quæ vocatur

Ina

Ina pire vùtan mapu, Terra plana vicina montibus perpetua nive coopertis, denique quarta Provincia eſt

Pire vùtan mapu, montes Andes ſemper operti nive. 850

Cacùl vútan mapu, Commercium, conſuetudo, familiaritas, communicatio, amicitia, &c. quibus utuntur invicem Indi harum quatuor Provinciarum.

Unomen mapu mo, redeo, ſum redux e terris Indorum.

ʒemen cara mo, eo v. ivi ad civitatem.

Mlequen ruca mo, ſum domi, domi me contineo, intra domeſticos parietes.

Rupaian leuvu mo, tranſibo, trajiciam fluvium.

Uan Arauco mo, eo v. ibo Araucum.

Miaullen Huaiquilafquen, *tuutun millavùdú mo*, ivi ad Huaiquılaf, unde redux ſalutavi Millavúdum.

Utuan pu ruca, eo, ibo, redibo, revertar domum.

Aldúnman v. aldunmamen Penco v. Penco mo, cunctantius egi, diutius moratus ſum, moram feci in urbe Conceptionis.

Pichinmapan, venio moraturus pauliſper, non traham, non nectam moras, poſt biduum, triduum, quatriduum iterum me viæ, itineri committam.

Huinamtuquen ca mapu v. ca rucatuu,

alio migro, ſedem, domicilium muto.

Vill che ta ni mlen mo, gellei cutancaquechi mogen, quo quo te vertas, omnia plena malis.

Cùmelechi che ta ni mapu mo, ca mapu em! pilai, aliena non deſiderat, ſorte ſua contentus, cui domi ſuæ bene eſt, domi ſuæ ſe continet.

Mapu em! o natale ſolum! ſed quis me transferet illuc?

Lafquen puhuentu inche, mea Patria oræ maritimæ adjacet.

Cupachi Che Porem meu, quidam Poremâ adeſt.

Inche cautùn che vemabun? ego Imperialinus hoc facerem?

Cuivi pu cara mo Villarica cara marichi iod cúme comùtun gebui, ex priſcis civitatibus erat oculis gratiſſima urbis divitis ſeu Villaricæ amœnitas, ſita erat ad proſpectum pulcherrimum, eo ſitu gaudebat, eo loco conſtructa erat, ut undique aut nemoris proſpectu, aut hortis amœniſſimis & grata agrorum varietate delectaret.

Teye huentu rupai, inche llechi, ego ſum, qui hac tranſiit.

Chumgei ta mi miaun, quid tu hic, quid agis, quid hic circumſpicis.

Chuchi v. inei cam ualu, iturus quis? ubi eſt?

Chuchi

Chuchi rpu, ubi eſt via, quo ducit? qua itur? an eſt lata, anguſta, trita, æquabilis, num anfractus, ſalebræ, ſuntne viæ flexus ad dextram, ad ſiniſtram, lævam: eſtne recta, publica, prætoria, militaris, danturne ſemitæ & diverticula?

Rito ucai vachi rpu, recta ducit hæc via.

Hueragei veichi rpu em! viam ſuſcepiſti ſatis incomodam, in viam ſatis difficilem te dediſti, laborioſam viam ingreſſus, aggreſſus es, plenam difficultatibus viam iniviſti, iniſti.

gbi r*pu*, via evanuit, e conſpectu ſe proripuit, ex oculis evolavit, aditum non video, nec invenio exitum.

Teye rpu ta in *cupamoabum*, En viam, quam captare, qua ingredi, proficiſci debuiſſemus.

RamtuChelu ta ni *utangen mo*, nu*ilai*, iter ut teneas, linguam habes.

*Ald*ùn *amoimi munan ant*ú *mo*, longiſſimam brevi tempore viam confeciſti, percurriſti.

ni *amoum v. amolu inche*, dum v. interea temporis quo iter facio.

*V*a *mo ula udapabin*, hic, in hoc loco ſumus digreſſi, disjuncti, ſeparati, hoc ipſo in loco diſceſſimus, ab eo ſum divulſus, moleſte tuli a complexu ejus diſtrahi.

Taftulabin, non incidi in illum, illum non reperi, offendi. *Hue-*

Huelulbin, non vidi illum, uterque aliam ingreſſus eſt viam.

Vaple miauqueam, huc, horſum veniunt.

Pirpuabin, dicam obiter, in via, in itinere narrabo.

Irpuaiñ, comedemus in itinere, v. ibimus, tranſibimus ad prandium, cœnam, &c. v. faciemus iter & eadem opera comedemus.

Yerpuaeneu, in via, itinere diſcedet, & ad me equo, curru, rheda avehendum, aſportandum veniet.

Dugulrputuabimi, redux illi obiter loqueris, v. in via, in itinere eum obiter viſes.

Quiñenple co rupage, deflecte non nihil ab aqua.

Chumtn pu mlei Mapuchu? quantum diſtat, quam longe v. procul abeſt urbs Jacobopolis Regni Chilenſis Metropolis ad fluvium *Mapuchu* ſita.

Pichi pu mlei Pire Mahuida, montes Andes non longo hinc intervallo diſtant.

Quintuquen ta ñi eluam v. elual, hoſpitium, diverſorium quæro.

Elun eluaiñ, diverſabimur ubi facultas dabitur.

Yebige mencun ta ñi elupuam mo, fer, perfer, porta, vehe, advehe ſarcinas, impedimenta ad hoſpitium, ad diverſorium.

Miauchelai va meu, deſertum hoc & ſolitudo eſt.

Cheu

Cheu ùnmaimi, ubi noctem transegisti, duxisti, traduxisti.

Che miauquei, sentio homines, homines percipio.

Amoain v. amoan pign, dixerunt se venturos.

Pepi ulaian piai, dicet se venire non posse.

Veula amocaquen v. ni amocaquen, prima vice iter facio, suscipio, itineri, viæ me committo.

Iod cùmeabui ta ni utuabuel, ta ni mlecatuabuel mo, præstat me ire, quam manere hic.

Adochi, expecta paulisper, parumper, aliquantulum.

Quine naû gei v. naûal v. naûel, en descensum, descendendum est.

Tva ta ni epu naû, jam bis descendi.

Tva ta ni quine naûn, hæ sunt primæ vices, quod descendam.

Nacmn, demitto, alium demittere.

gepai mapu mo ta ni raquigeam pu ulmen mo, ingressus est Provinciam, ut a Caciquiis dona honoresque referret.

Lapai Chili mapu mo, in Chilim moriturus advenit.

Inche ni tuumom v. tuuuyen mo; v. tuuuyeum v. inche ni tuuuyeel mo v. inche tuuuyen, eimi mlecatuimi, cum ego abirem, v. me abeunte, tu mansisti.

Anù

AnùPatirupai , Patres veniunt hic habituri domicilium, ſedem hic conſtituunt, collocant, figunt.

Vill vemgei, vill vemgeign, vill vemgein: quine trn inchin, ſi quis Pariſios indoctum mittit aſellum, qui fuit hic aſinus, non ibi fiet equus.

Vill mapu gequei ta ni ad , ſi fueris Romæ Romano vivito more; ſi fueris alibi, vivito ſicut ibi: non erit illuſus faciens ſicut obtinet uſus.

Cùme miaun, habui (Laus Deo) iter fauſtum & felix.

Ipan, v iputun ta ni ruca mo, veni, perveni, adveni domum hora prandii.

Uali Chillan, yumvel ipuan, profecturus Chillanum yumbeli prandebo.

Mapu mapu iaun, ex alia in aliam Regionem migrare, proficiſci, vagari

Mivú antù mo uútaiaimi, intrat quot tempus, dies iter inſtitues.

Anúpai vachi mapu mo, venit ſedem hic fixurus.

Ahue cupatuabui? tam cito rediret?

Aretuyecupan cahuellu, ſum advectus equis meritoriis

Aldùcutancaiecupan , iter habui incommodum & laborioſum.

Anca unomei, regreſſus eſt dimidio itinere jam confecto.

495.

495. CAPUT I.
DE INCOLIS CIVITATIS.
ÆTATIS DIFFERENTIA.

Infans, recens natus, *llud pnen*, *hue pnen*. Pupus, infans, puſio, parvulus, *pichi pnen*. Puer, *pnen*. *811*. *huilteu*. Juvenis, *hueni*. Adoleſcens, *hue che*, *huentu*, *cona*. Vir perfectæ, corroboratæ, confirmatæ ætatis, *ragin huentu*. Vir major natu; ætate provectus, *teu*, *v. teu huentu*. Vir grandior, ætate ingraveſcente, *tem*. Senior, affecta ætate, in ſenium vergens, *allue tem*, *allue vùcha*. Senex, *vùcha 689*. Senex ætate confectus, *úmein* Senex ætatis extremæ, decrepitæ, *úchùfpun* Pupa, infantula, *pnen*. Puella, virguncula, *úllcha 853*. Adoleſcentula, *ùllcha*, *hue mallûen*. Puella adoleſcentula, *mallûen*. *772*. Virgo nubilis, viripotens, matura viro, & nuptiis tempeſtiva, *hue domoche* Fœmina, mulier, *domo*. Vetula, *tem*, *tehu v. teu domo*. Anus, *cuse*, *cuye*, *cude*. *710*. Decrepita, *pl pl*, *templcahue*. *837* Majores, *cuivi che*, *unen me*, *putem*. Poſteritas, ſtirps, genus, *elpa*. Conditores, fundatores, truncus, *lin*, *llin mapu*.

496. Eſſe, exiſtere, naſcor, edor in lucem. *gen*. Dare exiſtentiam, *geln*. Dare eſſe humanum, facere hominem, *chen cheln 203*. Reſurgere, ad id, quod erat, redire, *getun*.

Naſci

Naſci, vitam ingredi, ſpiritum de cælo haurire, vitæ limen attingere, item: herbas erumpere, *lleún*, *lleûn*. Vivo, vitam agere, degere, ſpiritum ducere, *mogen*, *lihuen*. Genero, gigno, *yalln*, *votmn*. A patre genitus, *yall*. Pario, enitor, fœtum in lucem edere, gignere, procreare, liberos ſuſcipere, *conin*. Virum conſummare actum venereum, *elmen*. Mulierem, *elgen*. *490*. Prægnantem, gravidam, fœtam eſſe, parturire, *vuquigen*. Facere abortum, fœtum immaturum edere, *lludcún*. Abortivus, immature editus, *llud*. Partum medicamentis abigere, abjicere, accelerare, *lludcùmn*. Secundæ, ſecundinæ, *cùclin*, *cdin*. Sugo, lac ex mammis ore elicere, haurire, *moyun*. Lactens, *moyulu*. Infantem lactare, uberibus admovere, *moyuln*. Lactans, *moyulquelu*. Paſcere, alere, educare, *temmùnn*. Nomen, *uúi*, *uûi*. Nomino, ſuo nomine aliquem appellare, vocare, nomen ejus enunciare, *uùin*. Nomen habere, ede tuum nomen, qui vocaris? *uùigen*, *uùitun*. Indere, facere alicui nomen, *uúiln*. Creſco, adoleſco, *temn*. Malum ſerpit, gliſcit, augeſcit, *ivùn*. Ætas perfecta, *teun*. Seneſcere, conſeneſcere virum, *vúcha yecuùmen*, *vùchan*. Mulierem, *cuden*, *cuyeyecuumen* Alo, paſco, ſuſtineo, ſuſtento, *mogeln*. Blandiſſime aliquem tractare, demulcere, ſuaviſſime

ſime appellare, benigniſſime habere, blandiri alicui, blanditias alicui adhibere, feſtivum & blandum ſe illi præbere, exhibere, *manpuùn.* Vagitum ſive fletum infantis demulcere, motu, cantu ſopire, lenire, *negùmn.* Uncinulis veſtem aſtringere, infibulare, *núcùrn.* Nudare, aperire pectus uncinis aut globulis ſolutis, diloricare veſtem, *entumoyun*, *entunùcùrn.* Effici ſicut parvulus, ſe ſubmittere, deſpicatui ſe habere, *pnencaun*, *pichilcaun.* Nutrix, *moyulvoe.* Altrix, *ilelve.* Doctrix, *quimelvoe.* Genus, progenies, familia, gens, ſtirps, claris ortus parentibus, avis, majoribus, nobili genere, ex illuſtri familia, clara ſtirpe, Regia progenie, clarus majorum imaginibus, *cúga.* 715. In meis inſigniis perdicem præfero, *vùdú pu* h*uentu inchin v. inche.* Meum ſtemma, meum nobilitatis monumentum eſt a lapide, *inche cura pu huentu*, *cura inche* n*i cùga gei.*

497. Exempla. *mivù tipantu geimi*, *chumteni ta mi tipantu*, *chumtn tipantu geimi*, *nieimi?* quem annum agis? quot annorum es? ſum ſexagenarius, ſexagenario major eſt,annos natus magis ſexaginta, vigeſimum annum ingreditur, attingit, init, vigeſimum annum ago, nondum explevi.

Deuma uùi elgei, jam inditum eſt ipſi

nomen, jam eſt baptiſmate initiatus, luſtrali aqua ablutus, ſacro fonte luſtratus.

Uùilen ta ni votm, filium meum baptismate expies velim.

Inei pigeimi? quod eſt tibi nomen, qui vocaris?

Pedro pigen, *Pedro ta ni uúi*, Petrus appellor, Petrus v. Petro mihi nomen eſt.

gelai Chriſtiano, *Chriſtiano gelan*, non ſum Chriſtianus, Chriſticola.

Inei Pedro ni pigen? cupaiai piam v. pigei: gelai piam, quis vocatur Petrus? illum arceſſitum volunt, dicunt abeſſe.

Mtmlelen Liencura ta ni votm Huenumilla pigelu, arceſſe, adduc, voca filium Liencuræ, qui Huenumilla appellatur.

Uûintugelai rume, *pegelupatui*, lupus in fabula, vix nominatus quando præſens.

Vill dgu gelbi ta DIOS, res univerſas Deus fecit, effecit, creavit, rerum omnium auctor & effector Deus eſt, a Deo cuncta profecta ſunt, ab uno Deo principium habent, originem trahunt.

ni cheel tva, hunc ego bonis moribus inſtruxi, liberalibus diſciplinis erudivi, honeſtis ac piis documentis formavi, imbui, informavi.

Chuchi nuque mo geuyei tva venten hueragelu unde hic abortus, hoc hominis monſtrum, hoc ſcelus?

Huente

Huente glam temlaimi, ne veſtigium quidem honeſtæ educationis in te apparet, omnis humanitatis & urbanitatis expers es.

Huente glam temmquebi ta ni puyall, liberos ſuos honeſte educat, liberaliter inſtituit, bonis moribus informat.

Yetupalu ta ni huera ad, *cùme che ȝepalai rume*, non procul a proprio ſtipite poma cadunt, qualis pater, talis filius, non abhorret a moribus matris filia.

Pnencaunolmn, *poulaiaimn huenu mapu mo*, niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Aldù gùmavoe gei pichique pnen, parvuli ſunt plorabundi, in fletu nimii

Tva ta ni pnencaun, hæc ſunt mea puerilia oblectamenta, pueriles nugæ.

Tpuȝehuequile veichi pnen, ſatis ſuperque ſævitum eſt, non vapulet amplius iſte parvulus.

Ahue tipanmalai ta ni voro pu pnen, pueris non ſtatim dentes erumpunt.

Ta mi coniȝemom cùtu nielleimi veichi cottu, a die natali, ab ipſo vitæ limine, ex quo vitam ingreſſus es, in lucem ſuſceptus, editus, ex quo lucis uſura frui cœpiſti, illo nævo tinctus es.

Quine huaranca, *relûe pataca*, *relûe mari*, *epu tipantu JESU Chriſto ta ni lleûmom*, ſalutis noſtræ anno, a Chriſti ortu, a partu

Virginis, a Chriſto nato, ab orbe redempto 1772.

Vemgebui veichi dgu, inche huinoltubun, id temporis, in illo tempore quadrupedis in modum ambulabam, nondum mihi puero rationis lumen affulſerat.

Amoge huera hueni, uia ula conigeimi quimlcamoabuin, apage, apage te, apage ſis ridicule! vix heri natus, nunc nos doceas.

Ta ni hueni tva, hic eſt mihi cordi, familiaritate amicitiaque conjunctus, ex meis intimis eſt.

Titi cani huilteu! en nequitiam illius parvuli.

Ella que pu hueni *adtubign ta ni cùllpaituual*, pueri ſolent ſupplantare ſe invicem, & pede ſuppoſito ad terram impellere, dejicere.

Vachi pitu pitui chei ta ni vùchagen, in una ergo ſede morantur ſenectus & papulæ? a vitiis virtus, non grandior eximit ætas.

Vúchageprai, eſt ſenex capularis, decrepitus, ſenio & ætate confectus.

Pepalabin v. quimpalabin ta ni chao, eram infans, puſio, quando patrem amiſi.

DIOS ta ni mogen llechi, Deus eſt vita mea, quantum vitæ mihi Deus indulſerit, in ejus obſequium exigam, libenter pro Deo, eodem Deo juvante, mortem perferam, ſubibo, oppetam, obibo.

Ula

Ula ʒeachi moʒen quintuqueimi , veimo raquilabimi veula ʒechi moʒen, præſentem vitam contemnis, quia inquiris futuram, moreris morte prima, ne moriaris morte ſecunda, terram deſpicis, quia cælum reſpicis.

Ayarn v. ayarʒen, ne unus quidem eſt in meo capite pilus, qui non albicet.

Eimi moʒelen v inche ni moʒeleteuchi che eimi llechi, v. eimi ta mi moʒelalinche, meus altor tu es, ego alumnus tuus.

ni chao ni moʒebum, patre meo nondum vita functo.

Moʒeum peuqueam, occurrunt homines, nequeunt occurrere montes.

ʒelai ta ni moʒeam, mihi deſunt, quibus ſuſtenter, victitem, alimenta.

Huera moʒen, hueraquechi moʒen, tenui victu, triſti mendicitate vitam exigo, traho, produco, tolero.

Inchin lafquen cùʒaʒein, ego ex illorum ſum familia, qui *lafquen* appellitantur.

ùnm ta ni cúʒa, ùnm pu huentu inche, noſtra ſtirps ab avibus nomen deſumit, mutuatur.

498. Diverſitas conditionum.

DEUS, *DIOS. 720. Re Apo. 584. 585.* Papa, ſummus Pontifex, Pontifex maximus, Eccleſiæ Catholicæ Hierarcha, *mu vúta Apo Patiru. 584.* Archi Epiſcopus, Hierarcha,

Vuta Patiru ni *Apo.* Epiſcopus, Pontifex, Antiſtes, *Vuta Patiru.* Generalis, totius Ordinis, Societatis, Congregationis Præpoſitus, *pu Patiru* ni *Apo iod vuta Apo.* Provincialis, Provinciæ Præpoſitus, Præfectus, Moderator, *pu Patiru* ni *Apo.* Præſul, ſuperior dignitate, qui ſubditos habet, *Apo Patiru.* Subditus, ſubjectus alicui, *pichi Patiru.* Sacerdos, Presbyter, *Miſſan Patiru.* Religioſus, religioſæ vitæ cultor, *Patiru*, *Pachiro*, *Pachiſo*, *Padre*, *Paye.* Imperator, Cæſar, Rex, *mu Vuta Apo.* Auguſta, Imperatrix, Regina, *mu vuta Apo* ni *Pinom.* Pro-Rex, Præſes, *Vuta Apo* ni *Apo.* Dux, Princeps, &c. *Vuta Apo.* Duces, Præfecti, Tribuni, Centuriones, &c. *Apo. 682.* Cui exigua poteſtas, jurisdictio, &c *pichi Apo.* Cui minor, *iod pichi Apo.* Cui major, *iom Apo*, *iom vuta Apo.* Caciquius armorum pro tempore Præfectus Generalis, *Toqui.* Caciquius, Toparcha apud Indos, *Cacique.* Baculum portans, *mamll nielu.* Imperatoria rudis, *Toqui.* Caciquius, vir nobilis, dives, locuples, *ulmen. 853. 845.* Miles, *cona*, *huentu.* Pedes, *epu namun.* Eques, *cahuelluluchi cona.* Servus, famulus, juvenis, *hueni*, *quintudgu.* Indus, *ReChe. 698.* Crucis inſigne v. cruce inſignis, cum divite cenſu habens Indos commendatos, *gen che*, *elval che.* Factionis

ctionis princeps, dux, caput, *nudol.* eſſe, *nudoln.* Hiſpanus, *Huinca.* Alterius nationis cujuscunque, *MuruHuinca.* Dominus, *chinur.* Domina, *chinura.* Herus, *huinca,* Famulus, ſervus, mediaſtinus, agaſo, mulio, &c. *yana, yanacona.* Famula, ancilla, pediſequa, *China.* Advena, externus, peregrinus, *ca Che.* Peregrinus, viator, *ùtanChe.* Cliens fiduciarius, tributarius, *hue che.* Plebejus, *cùgen. 715.* Liber, *llúdche. 770.* Captivus, mancipium, *reuche, tavaicoche.* Niger, *curùche.* Pauper, *cunùval.* Vagus, qui vagam vitam ſequitur, nec certum habet domicilium, *huallqui.* Mendicus, *huenanma.* Artifex, opifex, *caman.* Magnarius negotiator, qui in negotiis agendis alicui reſpondet, *con. 708.* Nuncius, tabellarius, *huerquen.* Curſor, tabellarius, *acutuchillcavoe.* Barbarus, *iloche.* Magnates, *pu Ulmen.* Magiſtratus, *Toquin, pu toquiquelu.*

499. DEI locum obtinere, in Dei locum ſuffectum, ſubſtitutum eſſe, *DIOS ni vla mlen.* Adminiſtro, guberno, regno, *toquin.* Herum habere, *huincayen.* Gaudere alicujus patrocinio, ù*ncoyen* Refugium, perfugium, ú*nco. 855.* Magnifico, familiam ſuam divitiis & honore auxit, illuſtravit, clariſſimam & ampliſſimam fecit, ad ſummum

 digni-

dignitatis faſtigium extulit, ad magnam potentiam evexit, *ulmenelen.* Concedere poſtulationi alicujus, poſtulatis annuere, precibus cedere, *eapin.* Deſpicere, contemnere, negligere, *eapilan.* Repulſam ferre, accipere, *mton.* Dare repulſam, *mtoln.* Aliquem Regi v. ad Regem legare, legatum mittere, *huercùn*, h*uercúln.* Legationem agere, gerere, obire, legationis munus exequi, legati munus obire, *huercùgen.* Donum, munus reverentiæ & honoris cauſa oblatum, *camaricu 693.* Donum gratui tum, mere gratuitum, *mari mari*, *re mari mari.* Eleemoſynam petere, rogare, corrogare, ſtipem oſtiatim cogere, panem quæritare, *lihuetun*, *mogetuia*un. Tua Paternitas, *ta mi Patirugen.* Veſtræ Paternitates, *ta mn Patirugen.* Vos Hiſpani, *ta mn Huincagen.* Nos Indi, *ta in Chegen.*

500. *DIOS Re Apo mtn*, Unus Trinusque DEUS qui regnat in orbe, qui ſolus Dominus, ſolus Sanctus, ſolus Altiſſimus, Ens unum neceſſarium.

gei Dios, *gei Toquin*, Eſt Deus in cælis, res cunctas ipſe gubernat.

Quidu moulu ta Dios, Deus nulli eſt obnoxius, nulli devinctus, nemine indiget, in ſe, ex ſe ipſo & per ſe ipſum ſubſiſtens.

Quidugen, *ta ni quidugen mo*, *cùmei ta Dios*, Deus in ſe, per ſe, & ex ſe Optimus, Maximus.

Hue-

Huenu mapu, *Tue mapu*, *vill ca que dgu vemvoe*, *eltuquelu*, *Toquiquelu cai*, *DIOS pigei*, Ille O. M. Naturæ Parens, rerum Conditor & Creator, mundi Opifex, Artifex, Parens & Auctor, qui cuncta ex nihilo creavit, condidit, finxit, formavit; qui rebus omnibus præest, imperat, dominatur, sub cujus potestate & arbitrio sunt omnia, a cujus voluntate, nutu & imperio pendent universa, qui omnia regit omnipotens, temperat, moderatur, administrat, cujus Divino consilio ac providentia omnia geruntur; ille vocatur Deus, Deus Optimus Maximus, humanarum Divinarumque rerum Moderator & Rector, qui sine labore ullo cuncta regit, & gubernat Providentiæ suæ clavo.

Mu raquivalgei ni *piel ta DIOS*, in primis Deum O. M. sancte, religiose, caste & pie venerari & colere debemus, summa pietate, cultu & veneratione Divinum Numen prosequi, adorare, revereri & observare par est.

Apo miauquei v. Apo vemgelu miauquei, Regem credas, ita incedit.

Vuta apo gevalimi, Imperio dignus es, mereris Rex esse.

Apobi, illum fecit Superiorem, Prætorem designavit, renunciavit, aliis præfecit.

Apoeneu, *apoleneu*, *apoeleneu*, *aponmaeneu*, *elueneu ta* ni *Apogeam*, *elueneu ta* ni *apogeal*, Superioris dignitate me ornavit.

Lonco gei, habet ſubditos.

Vuta Lonco gei, inſigni Præfectura ornatus, multos ſubditos numerat.

Quidu Toquiuquei tva, ſuo vivit arbitrio.

gelai quidu toquiun, non eſt ſui juris.

Cagecagei chegen, magnum eſt inter homines diſcrimen, homo ab homine differt, multis idem nomen ſed non omen.

Inche ta ni inche geum v. ta ni inche gen mo, vemabuimi cam, cum ſim qui ſum, id faceres.

Ulmen inche quine oviſa mùntunmaiabuen, tu mihi Caciquio ovem abripias.

Mapu che toquiaiu Apo cam, Indus Præſidi mandet, imperet.

Apo ni age mo, coram Præſide, in conſpectu Prætoris.

Vill ni age mo, in omnium ore atque oculis.

Ragin pu ulmen, coram omnibus Caciquiis.

Mu Che, Homo nobilis, illuſtri genere, honeſto loco natus, clarus natalibus, honeſtus, generoſus.

Ulmen toquibi, laute, ſplendide, magnifice illum habuit, tractavit, accepit.

Quidu duamn, eſſe ſui juris.

Inche iod eimi v. noeimi, te præcedo, non es mihi comparandus.

noulaign, uyauign pu Patiru, Patres Miſſionarii ſunt honore ac dignitate pares.

*Ald*ù

Aldù huei ta ni *uûautuaeium eimi*, ingens eſt inter utrumque diſcrimen.

Uûauȝenochi che h*uimuquelai*, non in una ſede morantur Majeſtas & amor.

Patiru ȝetui, religioſæ militiæ nomen dedit, eſt in Religionem ingreſſus, religioſam vitam iniit, eſt amplexus, ſuſcepit, ad Religionis portum confugit, ſe recepit.

Ta mn Patiruȝen anùmmapuqueimn, veſtræ Paternitates pacem inter diſſidentes conſtituunt, diſcordias ſedant, ſeditionem comprimunt, diſſidentium animos placant, ad concordiam adducunt, inducunt, revocant, diſcordiarum incendia extinguunt, reſtinguunt.

Eimn chaoyemoli, inche cai votm yeuain, ſi ego apud vos patris locum obtineo, vos mihi filiorum loco eritis.

Inei ta mi Huinca? quis eſt tuus Herus.

Yanaieeneu vachi Huinca, huic Hiſpano ſervio, inſervio, in ſervitio famulatu hujus Hiſpani ſum.

Cùlmeien ta mi huincaiebin, deſidero, cupio, opto eſſe tuus famulus, miniſter, ſervus.

*Ca chelan inc*he, non ſum advena, externus, peregrinus.

*Cu*n*ival inchi*n, *cu*n*ùvalȝei*n *inchi*n, tenuiſſimi & egentiſſimi ſumus, extrema laboramus inopia, pedem ubi ponamus in noſtro, non habemus, Codro & Iro pauperiores ſumus.

Ovicha caman tva, *v. tva ovisa caman ǵei*, hic eſt Opilio, Upilio, paſtor ovium.

Huerquen, *huerquen nami*, mitto nuncium alium poſt alium, nec ullus apparet.

Mlǵe piǵelu mlvalen piquei, quod ego huic, hic alteri faciendum imperat.

Inche vemǵe pibin, ego facere illum juſſi, juſſi ut faceret.

Mi vemn vemaimi, fac quod in te eſt.

Pdamuniebi ta ni che, ſui nimium ſibi ſumunt, tribuunt, confidunt, arrogant.

Apo eiǵn malopaqueiǵn, Rex cum ſuis bellum contra nos adornat, conflat, apparat.

Amat ni Apoǵen mo deſtuǵei Betancur, D. Emmanuele Amato Præſide captus eſt Betancurus.

Duǵucloaiu Apo, una loquemur Prætori.

Taſtuduǵubiǵu v quinevla v. ina duǵubiǵu Apo LLancarelmu Nahuelǵru cai, uterque LLancarelmu & Nahuelǵru una Præſidem allocutus eſt.

Ibùm che. 753.

Vill Toquin afyecuumei em! Regnabo, regno, regnavi, ſum ſine regno.

501. Cognationum varii gradus.

Cognatio, affinitas, *ǵillan. 730. uútamon.* Proavus, abavus ex Patre, *iom Lacu.* Proavia, abavia, *iom Chuchu.* Proavus, abavus ex Matre, *iom Cheche.* Proavia, abavia,

iom

iom Cucu. Avus ex Patre, *Lacu.* Avia ex Patre, *tutu*, *Chuchu.* Avus ex Matre, *Cheche*, Avia ex Matre, *Cucu.* Pater, *Chao.* Mater, *Ñuque.* Patruus, *Malle.* Amıta, *Pallu*, *palu. 797.* Avunculus, *Huecu*, *llopu. 769.* Matertera, *nuno.* Fılius Patris, *votm*, *mu votm.* Matris, *coñi huentu. 708.* Filia Patris, *Ñahue*, *nahue*, *nau.* Matris, *coñi domo.* Frater, *peñi. 801.* Soror, *lamûen*, *llamyen.* Gemellus, geminus, *cúñe.* Ejusdem Patris, *peñihuen.* Ejusdem Matris, uteri, *quiñe pue*, *quiñe pùta* Nepos patris, *Lacu.* Matris, *chedcui.* Abnepos, pronepos patris, *iom Lacu.* Matris, *iom chedcui.* Eodem patre, *quiñe Chao.* eadem Matre, uterini, *quiñe pue.* Patruelis, filius fratris, *peñi votm.* Sobrinus, filius ſororis, *lamûen coñi huentu*, *chocum* Amitinus, *ñeñe*, *uúdan peñi.* Conſobrinus, *llopu. 769.* Neptis patris, *llalla.* Matris, *llalla.* Abneptis, proneptis, *iom llalla* Patruelis, *peñi nahue.* Sobrina, *lamûen coñi domo.* Amitina, *uùdan lamûen*, *ñeñe.* Conſobrina, *llopu*, *múri. 785.* Propinus, affinis, *chale.* Sorores, *llame. 765.* Fratres, *peñiun.* Pater & filius, *votmhuen. 204.* Mater & filia, *coñihuen. 204.* Omnes alicujus familiæ, generis, ſtirpis, Nationis, *Cheun.*

502. Eſt mihi cum illo jus cognationis,

cogna-

cognatione mihi conjunctus eſt, communione ſanguinis devincti ſumus, ejusdem gentis & familiæ ſumus, *monmahuen. 782.* Patris loco habere, *Chaoien. 500.* Amicitiam cum aliquo conjungere, contrahere, inire, inſtituere, in alicujus amicitiam incidere, recipi, *peniun.* A principio, ab origine, linea recta, *múllin.*

503. Exempla. *Chemyebimi vachi huentu? gen conigen mo*, quæ tibi cum iſto conſanguinitas, communio ſanguinis? ſum ejus Mater.

Mi chem tva? ca che, eſtne tibi propinquus? minime.

Chem ad gei vachi huentu mo? v. chem ad yebimi vachi huentu? quæ tibi cum iſto eſt cognatio

Eimn ta in monmahue lle ve, eſt inter nos jus cognationis.

Iom monmahue gen eimi meu, ego ſum cognatione propinquior, quam tu.

Ta ni pnen iebin, materno illum amore proſequor, inſtar filii eum diligo.

Ta mi mollvùn cam? an tuus eſt conſanguineus?

Inche votm ielabin ni chao yenoeteu, non agnoſco filium, qui me Patrem non veretur.

Inche chao vemabueimi cam chi? id tibi facerém Pater?

Mi-

Mivúgei ta mi votm? (ſi patrem) *mivùgei ta mi coñi?* (ſi matrem interrogas) quot filios habes?

ñi mtn votm v. coñi, hunc ſolum.

Inei ñi votm eimi? Catúcura, v. Catucúra ñi votm, cujus es filius? Catúcuræ.

Conmpamelan pu Huinca mo, mihi cum Hiſpanis nec ſeritur, nec metitur.

Cupamelan pu Huinca mo, nullus mihiHiſpanus communione ſanguinis devinctus eſt.

Cheche chedcui egu lagmbigu, avus una cum nepote occiſus eſt.

Pedro eign vutalcoillladgulprabign, Petrus cum ſuis hoc criminati ſunt.

Ta iñ peñiun, ta mn monmaheun; ta ñi mallleun, peñiun egn cai, nos fratres, vos conſanguinei, Patrui, Avunculi, fratresque.

Ta iñ quiñe cheun deumallleiñ ruca, nos ejusdem familiæ, domum, ædes exſtruximus, abſolvimus, ultimamque ei manum quaſi faſtigium coronidemque impoſuimus.

gen huerin, Auctor delicti & tota ejus cognatio

gen ladcùn, gen gùman, offenſus & omnes ſui propinqui.

504. Affinitatum varietas.

Maritus, conjux, *piñom, mupin piñom. 807*

Uxor, conjux, nupta, *mupin piñom.* Nupta more patriæ, præcipua, *cure. 713. unen domo.*

mo. 846. Reliquæ, *gapi*, *inan domo. 755.* Socer, *queupu.* Socrus, *nanug.* Gener, *llaqui.* Nurus, *púinmo.* Socer futurus, *enum ruca.* Levir, ſororius, uxoris frater, *quempu*, *villca.* Glos, fratrıs uxor, *cùrun. 717.* Vitricus, *pelcu chao.* Noverca, *nuquentu.* Privignus, *pelcu votm*, *conintu.* Mei mariti, aut uxoris meæ filia, *pelcu nahue.* Sobrinæ maritus, *challe.* Patrinus, *metan. 778.* Ejusdem nominis, *lacu 758.* Uterque conjux, maritus & uxor, *pinom huen.* Conſoceri, *nono.* Fratris uxores, *mchu.* Frater Sponſæ v. illius quam petit uxorem, *hueſo.* E ſacro fonte ſuſceptus, *huichan pnen. 496. 497.* Joannes, *Cuan. 497.* Joſephus, *Cosè*, *Coſef.* JEſus, *Keſus.*

Zelotypia mulieris, *murin*, *muritun. 785.* Uxorem a marito torqueri, affligi, &c. *gillùtun.* Parvulos a Patrinis e ſacro fonte ſuſcipi, *huichan*, *huichatun.* Conſanguineis uxoris ſolvere veſtes, pannum, &c. *quegun. 713.* Carnem, oves, vaccas, &c. *mavùn*, *mavútun. 713. 776. 486.*

505. Exempla. *Eputu pinomi tva*, bis uxorem duxit, bis nupta, matrimonio conjuncta eſt.

Epugentu, ſecundus: *cùlagentu*, *meligentu*, &c tertius, quartus &c. 546. 550. His numeralibus utuntur loquendo de ſuıs filiis

vel

vel uxoribus. E. g. ſecundo, tertio, quarto, &c. genitus. ſecunda, tertia, quarta ex uxoribus.

ni *domo tva*, hæc eſt uxor mea.

Quimbin ta mi pinomtubiel quine mapu domo che, ſcio te duxiſſe Indam uxorem.

LLadcùtunmaquieli ni pinom, non me perturbes affligendo meam uxorem.

Mivú ktal geimi, quot uxores habes. 355. 712.

Mapuche yehuelai quempuaeimi piun, *v. quempuaeimi piun mo yehuequelai*, Indi non erubeſcunt dicere ad invicem te volo Levirum meum.

Quine gei ta ni nahue, *marii ta ni quempu*, unus trochus, turbo, luſores plurimi.

Lacutun, *tantuln*, *835.*

506. Modi ac formulæ ſalutandi, bene precandi, valedicendi.

Salve, ſalvus ſis, ſalvete pariter omnes, ſalve plurimum amicorum optime, gratulor tibi adventum tuum, optato advenis, ſervet te Deus, ſit fauſtum & felix, opto tibi felicem diem, fauſtam noctem, precor tibi diem proſperum, det tibi Deus placidam quietem, vale, vale in reditum, in proximum congreſſum, in craſtinum, in hoc biduum, &c. vale, *mari mari.*

Et tu, ſalvus ſis tu quoque, & tu tantun-

dem ſalve, habeo gratiam, tantundem & tibi precor, & tu vale, valebis tu quoque, & tu fac valeas, precor tibi viciſſim omnia proſpera, *mari mari.*

Exempla. *Mari mari vochum*, *mari mari chocum*, eſt modus & formula ſalutandi minores & inferiores.

Mari mari chao, ſic minores ſalutant majores.

Mari mari peni v. joci cauſa *mari mari quempu*, ad æquales.

Mari mari puhuen v. pu huentu, ad plures.

Mari mari pu mallûen, viri ad mulieres. vel:

Mari mari Chacha, quod eſt ſignum benevolentiæ. Item:

Mari mari nahue, *nuque*, *papai*, prout fuerint minoris vel majoris ætatis.

Pai, *papai*, appellantur Matres a filiis, & iisdem vocabulis delectantur vetulæ.

Mari mari lam v. llam; Chao v. Sao, mulieres viris.

Mari mari pu mallûen, *pu pnen*, mulieres invicem.

Mari mari Antùmilla, *Huaiquilafquen*, *maripillan, v. Antúmil*, *Huaiquilaf*, *maripil.4*

Mari mari naique, *nai*, ad quemcunque, & eſt ſignum benevolentiæ.

Mari mari Hueni. 742.

Mari mari cachù, an notos.

Mari

Mari mari Patiru, Parde, Padrè, Paye, Pachiru, Pachiſo, Religioſis.

Mari mari Huinca, Hiſpano.

Mari mari Chiñura, Hiſpanæ.

Inei? inche. Eimi em? inche em. Vau mo mleimi? vau mo mlen. vau mo mauqueimi? vau mo miauquen. cúmelequeimi? cùmelequen, eimi cai cúmelequeimi? cúmelen cai, duamvel? mai. entuge ta mi duam. gelai cutan? gelai. Huaiquilafquen mogei? mogei. cùmelequei cai; cùmelequei cai. venteni: deuma veii ta ñi amual, peuquelleiu v. peuquellein Quis? quo properas, quo te confers? confero me domum: eo in templum auditurus Sacrum, ibo hinc in forum empturus chartam, qui v. ut vales? quomodo tecum agitur? DEI gratia bene valeo, mediocriter, & tu quânam valetudine es? non optima ſane, parum ex ſententia. Doleo vicem tuam, bono ſis animo oportet: multum juvat animus in re mala bonus.

Dum quis ingreditur domum aliquam poſt *mari mari* ſolent dicere ad unum, *ñi quintupamom tva?* ad plures, *ta iu v. iñ quintupamom tva*, æquivalet, unde hoc mihi ut venias v. veniatis ad me

Ultima valedictio: *peuquelleiu, peuquellein, v. venteni, deuma veii ta ñi amual: aldù tipantù mogeaimi, cúme rupaiaimi*, vale.

507. Per alium ſalutandi.

Mari mari pilelan v. pilelaen v. piaimi ta mi chao, &c. v.

Aldù mari maribichi: v. ta ni mari mari eluabimi. v.

Aldù mari marilen v aldù mari marilelaen v. aldù mari mari pieimu piabimi. v.

Mari mari bùrenien. v.

Vei pilelen ta mi chao, æquivalet: Patri tuo ex me ſalutem dicito, nuntiabis matri tuæ a me ſalutem, fratres tuos a me plurimum ſalvere jube. Saluta parentes tuos meo nomine, amicos omnes meis verbis ſalutabis, ſalutabis omnes, qui de me percunctabuntur.

Vei mai, vei llechi, vei ta &c. curabo, curabitur, fiet: libens faciam.

508. Petendi, colloquendi, &c.

Mari mari bùrenien, fac mihi hanc gratiam.

Vei pilelen ta ni peni, rogo, quæſo dicas meo fratri.

Dugulelen Apo, dic obſecro meis verbis Superiori.

Vei piaimi, lladcún, aldùn tuyun, dic me dolere, gaudere vehementer, ſummopere.

Aldù mari maribichi pii v. pieimu ta ni chao, Pater meus te ſalutat.

Mari mari, habeo gratiam.

Tayel-

Tayeltuen, en tibi quod mihi commodaſti, commodatum reddo, reſtituo.

Ventenpe, *venteni*, *ventencai vachi dgu*, de his ſatis, ſufficit.

Aldùn túyùn ta mi pebin mo v. ta mi pemom mo, gaudeo quod te viderim.

Eiu pehuain em! non niſi poſt longum temporis intervallum nos videbimus iterum; at ironice, proprie: mox rediero, vale, ſed ut brevi redeas. 288 : 6.

Aldù tipantú mogeaimi, *cùme rupaimi*, ſervet te Deus.

Quine vla amoin, *vanten*, *vanten*, eamus obſecro, ſatis ſatis eſt.

Amuge DIOS egu, bonus Angelus te comitetur.

Alios terminos urbanitatis, quod ſciam, neſciunt: imo ex his paucis multos didicerunt ab Hiſpanis: omnibus & ſingulis dicunt tu; nec aliter loquuntur Superiori, quam alteri cuicunque: nullum inter ipſos diſcrimen, nulla ferme differentia, neque obſervantiæ cauſa aperiunt caput, v. ſimilia niſi forte ut imitentur Hiſpanos, v. moniti aut inſtructi.

509 Minæ, Comminatio, minitatio.

Cupachi, mox adero.

Utuaeimi rume, tuo malo te inviſam.

ù*mircùn*, prurigo, pruritus. item. pruritum habere; pruriginem ſentire; prurigine vexari. 534.

ú*mtun*, nomino: ſuo nomine aliquem appellare, vocare; nomen ejus enunciare; mentionem alicujus facere; de te in ſermone meminimus; in tui mentionem incidimus; de te ſermonem intulimus; te in ſermonem adduximus. 496.

ù*mun*, utramque buccam inflare. 443.

ú*mùmun*, quo ſe tegat, operiat, dare. 467.

ú*na*, aranea venenoſa. 378.

ú*nan*, morſus, mordeo, morſu apprehendo. ù*napue*, ù*napiuque*, inveterata invidia, odium, livor. ù*napuen*, *ùnapiuquen*, laudi alicujus invidere; divitias & honorem alicui invidere; potentem & dignitate conſpicuum æquis oculis videre non poſſe ú*nanman*, alteratio carnalis fœminæ. *ùnatun*, ſe invicem anillatim apprehendere. 370. 457. 486. 567. 855. ú*nco*, columna, fulcrum ac quilibet palus, ſeu quodvis lignum terræ ad ſuſtentandum perpendiculariter infixum. item. præſidium, perfugium, patrocinium. ù*ncoln*, ejus modi ligna ita infigere. ù*ncoyen*, *unconn*, aliquem Mecœnatem, patronum, fautorem, &c. acclamare, ſuſcipere, venerari. 499. 517.

ù*ni*, cancer. item. eſca: eſca malorum voluptas, quod eâ non minus homines; quam

hamo

hamo piſces capiantur. *únin*, *ùnitun*, piſces ineſcari, eſcam appetere, mordere, invadere. 393. 395. 396.

únvi, *ùnbi*, perverſus, ingenio malo pravoque. *únvin*, ſic eſſe. *únviln*, alteri maledicere; male de aliis loqui; aliquem verbo lædere, ejusque famæ detrahere. 487.

ùnam, amicus in malam partem. item. amica, amaſia. *ùnamtun*, concubinæ aut pellicis illecebris capi, teneri: concubinæ amore captum eſſe. *únamtuiaun*, concubinarius, concubinatu infamis. *unamhuen*, concubinarius & concubina. 489.

856. *ùnm*, avis, ales, volatilia. *únmn*, curſim, obiter alicui cibum præbere. 379.

ùneun, *uneun*, exacerbari, ſubiraſci: vapide me habeo. 486.

ùpe, ferrumen, pix: navis commiſſuras ferruminare. *úpen*. 353.

ùped, anguſta viarum. 492.

ùpl, ora, margo. 432.

úpiſcún, paſco: dare paſtum; ad paſcua educere. 364.

ùpin, *úpitun*, pediculos dentibus, uti ſolent, necare. 378.

úpmn, falſum alicui affingere; falſo aliquem criminari: calumnior. 484.

ùqueln, equum e collo ligare. 366.

Urcún, fatiſco, deficio, defatigari: ſcribendo feſſus, defeſſus ſum: itineris labore lan-

langueo, deficio; laſſus, fatigatus, defatigatus ſum: feſſus ſum de via: non tenebo te pluribus. *ùrcutun*, quieſco, requieſco: ceſſare ab opere; labore ſuperſedeo: in tuis oculis, in tuo ore, vultuque quieſco, conquieſco. *ùrculn*, aliquem fatigare, defatigare; moleſtum eſſe alicui, negotium ei faceſſere, exhibere: multus & ineptus, qui premit, occidit; in quem incidit. 532.

857. ùr*en*, eſſe madidum, intinctum: madide madeo. ù*remn*, madefacio, tingo, perfundo. 432.

ù*rin*, lupus marinus. 392.

ù*rbin*, ſubmergi, fluctibus obrui. 431.

ù*tafcun*, interpono, interjicio, interſero: ne te ultro alienis rebus ingeras: noli te intrudere: non invitatæ veniunt ad prandia muſcæ. 404.

ù*tan*, paſtus, paſtio: paſcere, paſci, pabulari, eſſe in paſtu; mollia, larga, læta, luxurioſa, triſtia paſcua depaſcere: nullum hic impaſcitur pecus. *utaln*, pecus agere. item. equum de uno loco ad alium meliorem mutare, perducere, deducere. 364.

ùt*ar*, nucleus. 403.

ùt*e*, dolor dentium: dolores multos patior, ſuſtineo; doloribus disrumpor. ù*ten*, lens dis. 378.

ù*tùfn*, nihil temere feceris; nihil ſine conſilio ſuſcipias; nihil inconſulte aggrediaris: in medios hoſtes irruit; in confertiſſimos hoſtes ſe dedit, immiſit: præceps in omne flagitium ruit, ſe conjicit. ù*tùfentun*, jacio, conjicio, expello: abi in malam crucem: male verbis acceptum dimiſit. 487. 532.

ùt*ir*, invidia, livor. Summa petit livor; quos fortuna extollit, invidia deprimit: rumpatur quisquis rumpitur invidiâ! ù*tirn*, invidiæ ſtimulis agitari: præſtat invideri, quam invidere. 486.

ùt*if*, inſtrumentum, quo ſibi barbam evellunt, conſiſtitque vel in lamina ex metallo in forma rectanguli, duplicata; vel in concha duas valvas habente, quibus

ſin-

ſingulos barbæ pilos fortiter apprehendunt, prehenſosque radicitùs evellunt. 460.

ùt*m*, fel, in quo putant latere venenum a venefico vel quocunque alio propinatum: ideoque cuicunque defuncto fel extrahunt, coquunt, & ſi in felle quædam membrana appareat; id fieri absque veneficio non poſſe, ſibi certo perſuadent. 455.

Uùn, os oris. 442.

V. vide B. 1.

Y. vide I. 53. 54.

858. NB.

Voces quæ incipiunt a litera S omiſimus, eoquod S initiale non eſt litera propria, ſed vel *R* vel *D*, quarum aliquando locum occupat; multo magis *X* quæ eſt literæ S ſubalterna. 4. 223. 273. 202.

O. A. D. G.

Geiſtæ 27. Septembr. 1772.






ERRA-

ERRATA TOMI II.

Nr. 739. p. 673. l. 11. *lege:* exterere.
Nr. 785. p. 725. l. 4. *lege:* torreri.

IN APPENDICE:

Pag. 9. lin. 3, *lege:* cœcarat.
P. 11. l. 14. *lege:* tetrâ.
P. 15. l. 11. *lege:* intus.
P. 19. l. 19. *lege:* faſtidire.
P. 27. l. 14. *lege:* ſalutaris.
P. 28. l. 14. *lege:* premant.
P. 30. l. 6 *lege:* miſerrime.
P. 32. l. 29. *lege:* inter.
P. 37. l. 10. *lege:* clementiſſima.
P. 39. l. 16. *lege:* inimici.
P. 43. l. 13. *lege:* tegis.
P. 46. l. 17. *lege:* Tranſituris.
P. 47. l. 19. *lege:* voluptate.
P. 57. l. 4. *lege:* denſi,
P. 61. l. 7. *lege:* te.
l. 20. *lege:* frequentata.
l. 32. *lege:* Quot.
P. 65. l. 10. *lege:* mos.
P. 76. l. 24. *lege:* firmamentum.



AMOR INCREATUS
in Creaturas effusus

B. Havestadt inc. cur. Hier. strübel sc.

CHILIDÚǴU

PARS QUINTA.

VOCES LATINÆ

EODEM ORDINE

ET

ADJECTIS NUMERIS.

TOMUS III.

Monasterii Westphaliæ Typis Aschendorfianis.

1777.

859. NOTANDUM.

1mo. Quod ſi ponantur verba; plerumque omittantur ſubſtantiva, adjectiva & adverbia: & quando ponitur maſculinum; omittatur fœmininum ac neutrum: & vice verſa: eoquod cognita fonte vel radice vocis; derivata in hoc Idiomate, nullo negotio formentur. V. Nr. 574.

2do. Brevitatis cauſa ponuntur ſolum voces magis obviæ, omiſſis ſinonymis minus notis; quæ tamen invenientur in eodem numero.

3tio. Si aliqua vox hic non ſit poſita; illam vel ſinonymam invenies quærendo aliam vocem, cujus ſignificatum ſit ejusdem ſpeciei; vel generis ſaltem: E. g. ut inveniatur arbor quæcunque v. g. Laurus; quæratur vel vox generica: arbor, vel Cupreſſus, populus, &c. Et quærendo vocem genericam aqua; in eodem numero invenies, aqua frigida, calida, &c. item mare, fluvius &c.

4to. Idem eſt intelligendum de verbis & phraſibus: nam in eodem numero ubi habetur equum e. g. adducere; etiam dicitur ſternere, inſcendere, &c. equum.

5to. Eodem modo, quærendo quamcunque præpoſitionem e. g. à, cum, pro, &c. vel quamcunque conjunctionem, particulam, interjectionem, &c. ubi una invenitur; in eodem numero vel ſecundum vel extra ordinem Alphabeticum; invenientur reliquæ: ut praxis facile docebit.

B.

C.

com-

con=

con-

deſiſto,

doĉtus,

Faba,

F.

figura,

fre=

genitis

H.

hæreo,

I.

ima-

inter-

L.

laceſſo,

lis,

M.

mas,

N.

nebula,

O.

obſiſto,

P.

papilla,

Perdix,

prendo,

pus,

Q.

R.

ros,

S.

ſemita,

ſicco,

stamen,

ſup-

tor-

V. U.

vehe-

uncus,

A. M. D. G.

Geiſtæ 22. Martii 1772.

861.

861. NB. 1. Similem Indicem confeceram ex vocibus Hiſpanis hoc initio:

A, ab, absque, 290.
abalancearſe al peligro, 532.
abaratar, 421.
abarcar, 449. 530. 543.
abatirſe, humillarſe, 481. 486.
abaxo, 779.
abeja, 388.
abiſmo, 554. 357.
abisparſe, 460. 486.
abochornarſe, 342. 560.
abofetear, 487.
abogar por alguno, 526.
obominar, 486.
abonançar el tiempo, 559.
abonar, 421. 526.
aborrecer, 486.
abortar, 496.
abraſar, 354
abrazar, 449. &c.

Quid quod meum Chilidugu Hiſpanum ſaltem octies feceram denuo & ex integro; at eo, uti reliquis meis libris ac manuſcriptis non paucis, partim in Regno Chilenſi, partim Limæ in Peruvia, nullâ juris ſervata forma anno 1768., cum ibi adeſſem captivus, ſum orbatus. Patientia!

2. Unum illud Exemplar Hiſpanicum, quod

quod poſtea ſic, uti hic vides, latine verti, ſed cui jam memoratus Index deeſt, etiam a Limano milite captum fuiſſe, ſed iam captum, Deo juvante, & ex hac captivitate, & ex naufragio Barbacoæ, & ex aliis periculis quam plurimis, quod longum eſſet referre, ſalvum abduxi, & adhuc mecum retineo, niſi pecunia, acies oculorum, ac vires corporis deeſſent, nam ferme plene cæcus & infirmus annum jam ago quartum ſupra ſexageſimum, aliquando Typis imprimendum. En illius libri Titulum 862. Dedicatoriam 863. & Prologum 864.

862. TITULUS:

Ҫhilidugu ó Lengua de los Indios de el Reyno de Chile, Enſeñada ſumariamente por el R. P. Luis de Baldivia de la Compañia de JESUS y mas por extenſo por el P. Bernardo Haveſtadt de la miſma Compa.

863. *Dedicatoria al Santiſſimo y Laudabiliſſimo Nombre de JESUS.*

A quien JESUS mio! podrè mejor y con mas razon dedicar eſta Obrilla, que à Vueſtro ſantiſſimo y laudabiliſſimo Nombre? pues no pudiendo por mis achaques, va para nueve años, hazer mis Correndurias à las Tierras de los Indios como aco

ſtum-

ſtumbrava, la trabajè en el retiro de los Colegios no con otro fin, ſino que me ſirvieſſe de Red para coger por medio de ella las almas, que me fueſſe poſſible : y para correſponder en algun modo al nombre de Miſſionero de la Compañia de JESUS en las Indias, al qual haſta ahora no he renunciado, ni renunciare quanto eſtuviere de mi parte. No ſea pues Amabiliſſimo JESUS mio, que mi trabajo aya ſido inutil; ſino que echada eſta red en vueſtro diviniſſimo Nombre, coja aquel numero de almas, que yo y mucho mas Vos ſeñor Amador de las Animas deſeais: paraque deſta ſuerte Vueſtro Santiſſimo y Auguſtiſſimo Nombre tan digno de ſer alabado en todo el Univerſo, aſſi para ſiempre ſe alabe, Como en el Oriente de la Aſia, Africa y Europa; de la miſma manera y no menos en el Occidente de eſta America: y en particular por los incultos Indios de Chile, que viven en lo mas retirado de ella. Eſto JESUS mio! como para Vos Señor! es lo mas Honroſo, que yo deſear pueda; aſſi lo pido por unico premio de mi trabajo: y Animado por lo que hiziſteis ſeñor con Vueſtros Apoſtoles, dandoles luego, que echaron ſu red en vueſtro Nombre, una grande muchedumbre de pejes, eſpero conſeguirlo.

De el Santiſſimo, Laudabiliſſimo y Adorable

rable Nombre de Vueſtra Soberana y Divina Mageſtad JESUS DIOS Criador y Redemtor mio! ſu

mas Humilde
Eſclavo y Criatura
Bernardo Haveſtadt.

864. *PROLOGO.*

Teniendo alguna noticia, ò à lo menos aviendo corrido la Grammatica de las Lenguas Alemana, Latina, Griega, Hebraica, Eſpañola, Franceſa, Italiana, Flamenga, Ingleſa, Portugueſa, y la de los Indios de el Reyno de Chile (fruto que ha ſido de mi aplication, no obſtante mi corta Capacidad) la que me parece (ſalvo meliore) la mas facil, elegante y copioſa, es la de los incultos Indios de Chile: de manera, que me perſuado, que ſi llegára eſte Arte à manos de los Curioſos de Europa; ſeria factible, que algunos embeleçados la aprendieran ſolo por el guſto de hablar y eſcrivir en ella antes, que en otra de las ſobredichas, las coſas de mayor ſecreto.

La Facilidad deſta Lengua es tanta, que no puede ſer mayor, pues no tiene mas que una ſola Declination y Conjugation, y eſta la mas obvia: y ſus Reglas ſon tan univerſales, que no tienen Excepcion alguna. &c. Su

Su Elegancia conſiſte, en que con la mayor brevedad da la explicacion la mas clara, la mas viva y la mas Politica. Finalmente

Su Copia, en que à mas de tener Dual, tiene todos los modos de los Verbos, enteros y con todas Perſonas, Numeros, Tiempos y Aoriſtos. Paſſe el Benevolo Lector toto eſte Arte una tan ſola vez, y verà quan ſin Ponderacion es lo que acabo de dezir.

En el Arte ſeguì el Orden de los Capitulos del R. P. Luis de Baldivia, quien fuè el primero y haſta ahora el unico, cuyo Arte anda impreſſo; porque ſiguiendo eſte orden, luego viene à la viſta la diferencia de eſte y de aquel, que no aver ſalido mas perfecto, ſeria por las muchas ocupaciones que tenia eſſe grande è Illuſtre Varon, como lo creera, quien leyere la ſuma de ſu Exemplar Vida.

El unico Maeſtro, que he tenido en eſta Lengua, fuè el R. P. Xavier Wolffwiſen de ſanta memoria, zeloſiſſimo Miſſionero que fue, è Illuſtre aſſi por ſus Virtudes como por ſu ſangre (a) con quien vivi cerca de dos meſes en la Miſſion de Sta Feè. Co-

(a) Germanus Frater L. B. de Wollffwiſen, qui anno 1742. ſervavit Straubingam Marte Auſtriaco bis terve nequicquam obnitente.

Como el fin deſte Arte es enſeñar á hablar y eſcrivir; pues libros que leer haſta ahora no los ay en eſta Lengua; en lugar de Vocabulario, me ha parecido mejor traducir el Indiculus univerſalis del R. P. Franciſco Pomey de nueſtra Sagrada Compa de JEſus, en lo que me fué poſſible traducirlo, facilitando ſu uſo por muchos Centenares de Exemplos y Locutiones enteras para el exercicio de hablar y de eſcrivir. Pero para quitar eſcrupulos pondre no obſtante dos Additamentos de vocablos pueſtos en orden Alfabetico, que ſirviràn juntamente de Indice.

En la Tercera Parte, que es la Doctrina Chriſtiana, trate ſolo aquellos Aſſuntos, que me parecieron preciſamente neceſſarios para gente inculta: añadiendo al fin y pueſtos en ſolfa varios Cantares ſobre las mejores melodias que ſe cantan en las Igleſias de mi Amada Provincia del Rhin Inferior, y eſpecialmte en Colonia Agripina mi Eſtimada y querida Patria.

Paraque no falte una Formula de eſcrivir Cartas, Pondre una de mucha Edification eſcrita en Chilidugu por el Pe. Fulano.

Por ultimo es de advertir, que aviendo en eſta Lengua dos g, dos l, dos u, &c; la particular de eſta Lengua ſe pondra en letra gothica ò de otro molde. Vale & ora pro me.

865. *Adverteucia.*

A la Augusta Corona de España no puede ser de perjuizio alguno, que este libro se lea ò se imprima en Alemania ù otro Reyno de Estrangeros: porque los Lugares señalados en la mapa son inaccessibles por lo metidos que estan Tierra adentro; y por lo rodeados que estan de las Tierras de su Magestad Catholica: como es facil de considerarse: y los Indios de esta Lengua no tienen ningun puerto de mar: pues Arauco à mas de ser Presidio de Españoles, no es Puerto; como lo sé porque me hallè en dicha Plaza tres vezes, y bastante tiempo. El motivo verdadero y unico porque he escrito este libro, es el que va expressado en mi Dedicatoria al Divinissimo Nombre de JEsus: y paraque los Europæos se queden assombrados viendo, que una Lengua como la de Chile, se habla en el ultimo rincon del orbe, y por una gente tosca è inculta, que ni escrivir in leer saben: una Lengua de la qual, por el Conjunto que tiene, me atrevo à dezir, y sin escrupulo, à qualquiera de otro Idioma:

Si bona Lingua tua est; tamen est præstantior illa
Lingua Chilena, docet quam brevis iste liber.
Lease el Prologo.

---

866. Utrumque sanctissimum Nomen JESUS, MARIA Heraldice exhibitum.

JESUS.

Aureum Jesu Christi Redemptoris nostri nomen in campo argenteo* radiis Sanctitatis circumdatum, aureâ suæ DEITATIS corona coronatum, atque purpureo passionis

suæ



Fili DEUS
Miserere nobis!
B. Havestadt inv.



Mater DEI
ora pro nobis!
H strübel sc.

ſuæ paludamento adornatum, cujus pannus ſubdititius eſt agni vel ovis pellis, tum ob innocentiam, tum ob patientiam maximam. Subſcriptio Fili Deus; nam JEſus Chriſtus non ſolum eſt Filius DEI & quidem Dei vivi & unici; ſed ſimul Verus Deus, Deus Incarnatus, & ſecunda Ssmæ & individuæ TRINITATIS Perſona. Unde miſerere (non ora pro) nobis.

MARIA.

Aureum S. MARIÆ ſine labe conceptæ nomen in campo argenteo* radiis Sanctitatis circumdatum, argentea (non aurea) Matris DEI cælique Reginæ corona coronatum; atque viridi perpetuæ ſuæ Virginitatis pallio veſtitum, cujus pannus ſubdititius eſt holoſericum rubrum, quod Martyr ſummique Mater doloris, ob ſummam compaſſionem cum Filio, quem credebat morte cruentiſſima moriturum, ac morientem adſtans aſpexit. Subſcriptio: Mater DEI, non autem DEUS nec DEA, quia pura Creatura, unde ora pro nobis.

* Regulæ communis de metallo alteri metallo non ſuperponendo peræqua exceptio. Hic enim valet: aude quia major omni laude.

Locus ubi ponendæ ſunt imagines: utrumque Ssmum Nomen JESUS MARIA híc. ſacroſanctæ &c. poſt p. 186 ante Num. 300. S. Trinitas unus Deus ante Pars Tertia, Tom. II. Amor increatus ante Pars Quinta. Tom. III. Notæ muſicæ, & mappa geographica ut mox dicetur, Parte ſexta.

CHILIDÚǴU

PARS SEXTA.

NOTÆ MUSICÆ*

AD

CANENDUM IN ORGANO

CANTIONES

PARTIS TERTIÆ

à

Numero 650 uſque ad 676.

* Ad commodiorem uſum veneunt ſeparatim ; & quotquot quis volet exemplaria. Idem dico de Mappa Geographica Partis ſeptimæ, quæ nunc ſequitur.

CHILIDÚǴU

PARS SEPTIMA.

MAPPA GEOGRAPHICA
ET
DIARIUM,

In quo recenſentur Provinciæ, Oppida, Sacella, loca, dies & leucæ, quas ultimis menſibus anni 1751, & primis anni 1752 peragravit ad Terras Indorum Chilenſium excurrens P. Bernardus Havestadt e Societate JESU Miſſionarius.

IHS

Terræ Indorum Chilenſium, quæ trans fluvium *Biobio* ſitæ ſunt, præſcindendo ab Inſula *Chiloë*, & Baldiviæ Territorio; dividuntur in quatuor *Vutan mapu*, ſeu vaſtas magnasque Provincias; videlicet *Lafquen Vutan mapu*, ora maritima: *Ragitun Vutan mapu*, Terræ planæ oræ maritimæ confines: *ina pire Vutan mapu*, Terræ planæ adjacentes montibus Andes: & *Pire Vutan mapu*, ipſi Andes.

Ad hos Terrarum Tractus excurrebant ſingulis annis Societatis JESU Miſſionarii: nempe duo ad oram maritimam, alter ex domo Miſſionis *Tucapel*; ex *Arauco* alter: ad plana oræ maritimæ confinia Miſſionarius *Santa-Juanæ*: ad duas reliquas Provincias, nimirum ad plana Andibus adjacentia; ipſosque Andes, Miſſionarius domûs Sanctæ Fidei: *Santa Feè*.

In Mappa geographica ſolum eſt videre has duas ultimas Provincias, quas peragravi incipiens ultimis menſibus anni 1751; & anni 1752 proxime ſequentis. Primo anno 1751 fuit major copia Infantium Baptiſmo initiatorum; Perſonarumque, qui ritu Catholico contraxerunt Matrimonium: nam Laus DEO! ſacro lavacro tincti ſunt bis mille, centum & triginta; juncti autem Matrimonio octingenti: inter quos numerantur ſex & viginti Toparchæ ſeu *Caciquei* virgâ & baculo inſignes; & alii viginti quatuor jure ac Authoritate tales. Erectæ item triginta pluresque prægrandes Cruces: & intra centum & octo dies confectæ leucæ, ſingulæ trium milliarium, quadringentæ, ſexaginta duæ.

At altero anno fuit major numerus leucarum; nam intra centum quinquaginta duos dies confeci leucas omnino ſexcentas

&

& amplius, idque recto ſemper itinere a domo ſcilicet Miſſionis ſanctæ Fidei, *Santa Feè*, uſque ad fluvium *Alipen* ſub gradu Latitudinis Auſtralis trigeſimo nono; & inde uſque ad *Pategonos* ſeu *Puelches* in planis Transmontanis ſeu ultra *Andes* vulgo *las Pampas*, ubi *Malalhue* ſub gradu circiter quinto & trigeſimo ejusdem Latitudinis Auſtralis: ſuperando variis vicibus iens, rediens montes Andes. Sacro fonte hoc anno luſtrati ſunt octingenti & duodecim: & ex Infantibus qui anno priore aqua luſtrali ſunt abluti, jam ducenti & amplius ad cælum evolaverant. Quadringenti etiam ſacro ritu utrimque matrimonio ſunt devincti; atque inter hos quinque *Caciquei* Baculo Illuſtres, & ex iſtis ipſe *Toqui* ſeu ſummus Armorum Præfectus *Anùgrú*: ſex præterea præcipuâ nobilitate ac Clientela præclari: Erectæ Cruces præaltæ ſexdecim. Cætera declarabit mappa geographica, & Diarium, quod ſequitur.

Viæ ut grana Evangelii ſpargerem, meſſemq; animarum, quam poſſem copioſiſſimam Deo juvante colligerem, penultima Octobris anni 1751. primo mane me committens, trajeci rate minacem fluvium *Biobio* haud procul a Caſtello *el Naſcimiento*, quod id temporis cis dictum fluvium ſitum erat, &

nunc ultra. Illa nocte ad fluvii ripam mihi fuit pernoctandum. Hujus diei iter fuit leucæ unius NB. 1.

Die ultima ejusdem Octobris dixi pro Concione in publico Sacello Toparchæ seu *Caciquei Don Juan Namculien* ad *Bureu* fluenta; quem fluvium equo trajeceram.* confectæ leucæ septem. 7.

1ma Novembris post meridiem adveni ad Sacellum *Caciquei Don Francisco Cupaiantu. 3.*

2da pervenimus *Cùlaco* proxime fluvium *Biobio.* 7.

3tia *Huinquen* prope eundem *Biobio,* quem hic anno antecedente transiveram rate satis bonâ, & loco satis commodo: in itinere visitavi *Rucalhue*, ubi olim domus Missionis Societatis JEsu. 3

4ta. Relicto *Biobio* perrexi ad Sacellum Caciquei *Don Nicolas Pùta pichun.* 9.

5ta. Mox ut amnem *Bureu* equo superavimus, attigimus Sacellum Caciquei *Don Juan Marilaf,* in Regione, Territorio, seu jurisdictione *Mùlchen*, quæ est continua malorum sylva. 2.

6ta.

* NB. Initio meæ excursionis, nempe die 31. Octobris, & primis viginti diebus Novembris, annotavi in meo diario nomen Caciquei nunc forte mortui, omittendo per oblivionem nomen loci, id quod nunc suppleo ponendo in Mappa diem, quo ibi eo anno 1751 versabar.

6ta. Dictum est pro Concione & Missa celebrata sub umbraculo ex frondibus constructo a *Don Francisco Rapiantú* Indo nobili & habente Clientes suos sibi subditos. 1.

7ma. Fuit expeditio spiritualis apud Caciqueum seu Toparcham *Don Lorenço Malillanca*. 2

8va. Apud *Don Jnan Carùantù*. 1.

9na. Vix loco egressi vada *Mùlchen* transivimus; & post quatuor leucas feliciter confectas, salutis æternæ viam populo ostendimus in Sacello Caciquei *Don Juan Millalaf*, unde anno superiore, qui fuit pluviosus, discessimus via ob difficiles descensus admodnm periculosa, quærentes vadum, quo transiremus fluvium *Rùgaico*; sed hoc anno via alia commodiore & vado satis bono eundem superavimus. 4.

10ma. Figens Tentorium haud procul a casa Indi Ignatii *Millacheuque* sub illo consueta peregi. 3.

11ma. Omnia eadem apud Indum *Juan Millacuna*, unde eodem, quo veneram, vado profectus sum. 3.

12ma Ad Caciqueum *Don Andrès Levoepillan;* Tentorium figens ubi confluunt *Rugaico* & *Mininco:* hinc vix egressi, vado transeuntes *Rugaico*. 3.

13tia. Venimus ad Philippum *Cuyenahuel*. 2

14ta. Ad Andream *Cayuqueupu*. 2.

15ta. Ad Joannem *Chihuaillanca*: iterumque trajicientes vado fluvium *Rugaico*, perveni 2.

16ta. *Colue*, ubi olim Hispanorum civitas, cujus quædam adhuc restant rudera aut vestigia. Fidei Christianæ documentis populum erudivimus in Sacello Caciquei *Don Lorenço Huechu coyam* juxta *Rugaico*, 2 quem transeuntes post iter novem leucarum 9.

17ma. Hospitio excepti sumus a bono fratre perversi Caciquei *Don Francisco Huenupagi* haud procul a flumine *Malleco*.

18va. Post superatum vado *Malleco* prope Andream *Paginamun* 2.

19na. Habita functio spiritualis apud Ignatium *Quetepagi*. 2.

20ma. Apud Caciqueum *Don Pedro Loncopagi*. 2.

21ma. In *Requem* apud Caciqueum *Don Juan Millapoa*. 3.

22da. In *Chacaico* apud Caciqueum *Don Ignatio Chagqueihuenu*. 4

23tia. In *Colùco*: locus aptissimus ad fundandam ibi Missionem quod abundet arboribus ad ædificandum: vivebat tunc temporis qui nos perhumaniter excepit *Don Pablo Millahueque*. 2.

24ta. In *Temucuicui* apud *Diego Huenchullanca*. 2.

25ta.

25ta. In *Chucauco* apud Martinum *Cheuquemilla*. 2.

26ta in *Caglo* apud Caciqueum *Don Francisco Caturehue*. 5.

27ma. in *Choquechoque* apud Joannem *Manquevùdù*. 5.

28va. in *Reivú* apud Caciqueum supremum armorum Præfectum seu *Toqui Don Juan Anùgrù*. 4.

29na. in *Panqueco* apud Caciqueum *Don Alonzo Neyúlafquen*. 2.

30mo. in *Meco* apud Dominicum *Reumailafquen*: Hinc præstat recta ire in *Dencol*. V. 2da Decembris 4.

1ma Decembris in *Boyelemu* apud Caciqueum *Don Angelito Rucalafquen* propter ripam amnis *Taiyen*: unde via in *Virquen* & brevior & commodior. 2.

2da. in *Dencol* apud Joannem *Ancamilla*: hic locus sit præcedenti anterior. 3.

3tia. in *Cuyenquen* apud Laurentium *Colúhuala*; amnem *Taiyen* equo transeuntes. 17.

4ta. periculoso vado superavimus minas intentantem *Cautun*, fluvius qui prope civitatem *Imperialem* jam dudum dirutam, devolvitur in mare Australe: perreximus in *Arquenco* apud Caciqueum *Don Nicolàs Caniunamcu*. 3.

5ta. in *Putaco* apud *Pancho Painequeupu* 2.

6ta. in *Mulpiutue* apud *Estevan Pailla Cheuque*. 4.

7ma.

7ma. in *Navao* apud *Alonzo Neculpichun*, uno circiter milliario hinc diſtat diruta priſcorum Hiſpanorum munitiuncula, in cujus centro etiamnum exſtat haud exiguus lapidum coacervatorum colliculus, unde *Cùlacura* vocatur. 5.

8va. in *LLamuco* apud *Don Juan Naminahuel*. Hic loci ob terræ fœcunditatem & arborum fabricæ inſervientium copiam, numerantur incolæ quam plurimi : unde Miſſioni peropportunus. 7.

9na. in *Tuftuf* apud Matthæum *iaupilaf*: hic locus pertinet ad *Ragitun Vùtan mapu*. 4.

10ma. in *Millahueico* apud *Don Feliz Hualipaûun*: Locus ob ſoli pinguedinem rebus omnibus, præcipue arboribus incolisque abundans: ſed viæ; quando pluit, perdifficiles ac lutoſæ. 2.

11ma. in *Calbuco* apud Caciqueum *Don Joan Remunahuel* 2.

12ma. in *Rahue* apud Wenceslaum *Cheuainivùdú*: hac pergitur in *Cuyúmhue* & fluvium *Alipen*, quo pervenire non potui, quod trium dierum pluvia ac ſylvæ ſpiſſiſſimæ omnem mihi aditum intercluderent: atque hic locus eſt; qui NB. in hoc Diario Auſtrum verſus longius diſtat a *ſanta Feè*. 4.

13tia. in *Cudùleuvu* apud *Chriſtoval Millanamcu*, quo tranſitur ſupra pontem ligneum anguſtum & prælongum, ad cujus finem

nem figitur tentorium, ut eo pedetentim apportentur humeris impedimenta. 4.

14ta. in *Rehuemu* apud *Don Juan Tureullanca.* in itinere ex uno tantum loco videtur & optime quidem, Mons ignivomus *Villarica* cum longa & continua montium ſerie ad *Chagll* uſque; cujus aſpectum non diſtantia, ſed ſpiſſæ ſylvæ ac denſa nemora prohibebant. 8.

15ta in *Meco* apud Caciqueum *Don Pancho Catùleuvu* proxime fluvium *Cautun*, eodem in loco ubi illum anno antecedente ratis beneficio trajeceram. 6.

16ta. in *Copinmo* apud Petrum *Huenupagi.* 5.

17ma. in *Quemchol* apud *Luis Painegrú.* 3.

18va in *Huemvali* apud Caciqueum *Don Juan Namcupillan.* In itinere tranſivimus pontem ſatis bonum latumque, quo amnem *Huerquehue*, qui inferius in profundiſſima foſſa inter ſcopulos præterfluit; ſuperavimus. Eſt iſte locus aſylum Pehuenchium, quorum non pauci hic hyemem tranſigunt. Eſtque inſtar munitiſſimæ arcis, ad quam ſi velint, nullus pateat aditus, eo quod ex alia parte flumine *Cautun* hic rapidiſſimo; ex alia dicta foſſa & profundo rapidoque *Huerquehue;* ex alia Montibus Andes & præcipue flammivomo *Chagll*, qui duplici oſtio humum, flammam, ſcopulosque ignitos

evomit;

evomit; & ubique denſiſſimus claudatur nemoribus. 9.

19na. in *Puconileuvu* apud Gabrielem *Reumaïlafquen*. Tranſivi fluvium *Cautun* vado paucis noto, & quidem primo mane, antequam continua in Andibus nix inciperet liqueſcere; quod hoc ſit unicum tempus, quo iſte fluvius hic ſuperari vado poſſit. 3.

20ma. in *Hueracovúd* apud Caciqueum *Don Franc. Aleantù*. 3.

21ma. in *Menuco* apud Petrum *Painellanca*. 3.

22da. in *Entuco* apud *Don Juan Lemunahuel*. Mihi videtur a loco præcedente diſtare quatuor leucis; ſed oblitus fui annotare. 4.

23tia. in *Cúllúm* apud Joannem *Nahuelantù* 6.

24ta. in *Tautauco* apud Ignatium *ùnalafquen*. 4.

25ta. in *LLallecura* apud *Don Luis Cheuquemanque*. 4.

26ta. in *Pelleco* apud *Don Andrès Huaiquilaf*. 8.

27ma. in *Colùco* apud Auguſtinum *Huaiquipagi*. 4.

28va. in *Dùmmu* apud Ignatium *Millanamun*. 4

29na. in *Taiyen* apud Thomam *Huenahuel*. 7.

30mo.

30mo. in *Vihuen* apud *Panchi*llo *Pai*lla-*huala*. Equo trajeci *Ma*ll*eco:* & ante quam perveniatur in *Vihuen*, eſt deſcenſus longus, præceps & perdifficilis, adeoque procuretur optimus quadrupes, & bene ligetur ephippium. 5.

31ma in *Cule* apud Caciqueum *Don Pedro Ptulpi* Vix egreſſus tranſivi *Vihuen*, qui fluvius meo quidem judicio eſt idem qui poſtea *Minineo* vocatur; nec apud Indos Chilenſes novum, quod idem fluvius in dìverſis locis diverſa ſortiatur nomina: hic autem ſcatet ſcopulis ac lapidibus prægrandibus: imo toto hujus diei itinere aſcendimus & deſcendimus montem præaltum aſperrimumque. In *Cule* fuit olim domus Miſſionis at in loco triſtiſſimo & arctiſſimo, ac in vera ac mera lacrymarum valle ad fluenta *Rugaico*, in via publica euntium & redeuntium Pehuenchium, nullo aut perexiguo animarum fructu. 8.

Anno ſuperiore perrexi ulterius prædicans in *Picupicu* apud *Juanillo Taruplqui;* leucæ ſex: in *Vilucura*; octo leucæ: ſuperatur in hoc itinere prima montium *Audes* continua ſeries: & in parte ſuperiore copioſa nix: item multoties equo tranſitur *Rugaico*, & totus mons eſt denſa altiſſimarum pinorum ſylva, arbores oppidò proceræ,

craſſæ

craſſæ & omnino rectæ ſed parum ſolidæ: nucis pineæ & nuclei pinei feraces: ſolum autem, ut dixi: ſalebroſum, aſperum & ſcopulis lapidibusque horridum. Poſtea adveni in *Lolco* apud *Don Martin grùantù* retro Ignivomum *Callaqui*, qui id temporis fumi nubes emittebat: utrumque fluvium *Vilucura* & *Lonco* iens & in reditu ſuperavi vado; & ultimum quidem vado ſatis periculoſo, quod absque perito duce non erit facile inventu: eundum autem eſt primum ſecundo flumine ad Inſulam, quæ videtur ad latus dexterum: in ipſa autem inſula plena arboribus habetur via ſatis trita. Volui pergere ulterius in *Piulentue*, *Huiyili*, aliaque loca trans flumen *Biobio* ſita; at deerat vadum, & ratis, imo propter bellum quod gerebant invicem, coriaceus quoque rudens, quo & in quo tranſire hunc fluvium mihi erat in animo; erat præſciſſus: quare nolens volens ſum reverſus in Cule.

1ma Januarii 1752. *Cule* exiens hora nona matutina & toto illo die æſtivo (nam menſe Januario in Chili non ſumma hyems ſed æſtas; uti nox quando in Germania dies eſt) iter faciens inter perpetuas ſylvas carentes aqua ſi unicum fontem ex quo ſoli homines, non autem equi mulique bibunt; excepero; poſt ſolis occaſum pernoctavi

pro-

proxime amnem *Mùlchen* haud procul a Sacello Caciquei *Don Juan Millalaf* (V. ſupra 9na Novembris) primaque luce iterum arripiens iter: horâ prima pomeridiana trajeci *Biobio* partim vado, partim rate; hora autem tertia adveni gratias Deo, ſanus & incolumis ad meæ domum Miſſionis *Santa Feè*, multis tamen magnisque periculis Deo O M. juvante ereptus: diſtat *Cule a Santa Feè* leucis omnino triginta. 30.

Sequitur altera eodem anno 1752. ſpiritualis expeditio ſeu excurſio ad montes Andes, terrasque Pehuenchium, quæ ad *Pire Vutan Mapu* pertinent. Item ad Terras Transmontanas, quæ *las Pampas* nominantur, ubi degunt *los Puelches* ſeu *Patagonos.*

29na ejusdem Januarii noctem transegi in *Dito* ſexdecim leucis diſtans a *Santa Feè* & octo ab Oppido *los Angeles*, eo quod propius non habeatur aqua, ligna & pabulum pro beſtiis equis ſcilicet, mulisque. 16.

30ma. Octo leucarum confecto itinere fixi tentorium una leuca ultra amnem *Entuco*, ubi invenitur locus ſatis amœnus, & ligno, aqua, paſtuque abundans: hic Hiſpanos ad peccatorum ſacramentalem expiationem allicere ſtudui & impetravi: nam plerique peccata confeſſi, ſacram inſuper ſynaxin ſuſceperunt. 8.

31ma noctem ttaduxi proxime ſcoriam,

quam longe lateque projicit flammivomus mons *de la Laxa:* Hic toto hodierno die coopertus nube, occidente ſole viſus eſt ignem, flammas, ſcoriamque evomere: tota itidem nocte quam ſæpiſſime multo ingemuit fragore, non ſine frequenti terræ motu ac ſuccuſſione. Paulo antequam ad dictum locum pervenirem, deſcendendus mihi fuit mons præruptus, longoque itinere: via item oppido anguſta & plena lapidibus, qui conculcati mox delabuntur; nec aliter quam inflexo in latus mulo, linea ſemper recta at angulo peracuto.

Hic loci anno priore in ſummo ſum verſatus pereundi periculo, nam noſter canis ob pedes itineris aſperitate detritos excoriatosque facturus viæ compendium, ſe in globum contrahens ex ſummo monte, longo tractu ſe dejecit ad pedes mulæ qua vehebar, inſtar magni lapidis ſubito ac inſperatus apparens: Mirum certe & ſoli DEO ac Cuſtodi Angelo tribuendum, quod non uterque, ſcilicet mula mecum in præcipitium ruerit, ſed contra ſe ſtiterit omnino immota, dum canis ſe explicaret. Et propter hæc ſimiliaque eſt periculoſum atque etiam inutile canes in his aſperis longisque itineribus ſecum adducere: nam eorum imo & equorum hujusmodi viis non aſſuetorum

pedes

pedes intra paucos dies ita deteruntur, ut ſequi quamvis maxime velint & conentur, omnino nequeant.

At in priore expeditione omnino neceſſe erat canem vigilem, audentem & impavidum, qui alios canes fugaret, ſecum afferre: nam hoc deficiente omnes canes ſuis dominis abeuntibus, cibi odore invitati remanent, adeo ut plures numeres canes, quam carnis in veru aut olla uncias.

1ma Februarii nobis in colligendis vaſis ad iter proſequendum occupatis, flammivomus mons *de la Laxa* repente in eas erupit furias; ut ſolum DEO confiſus non arbitrarer, certoque mihi perſuaderem, nos ſcopulorum aut ſcoriæ imbre obruendos: tota mea vita non vidi quid ſimile; nam cum ingenti fragore prodibant nigerrimarum fumi nubium compactiſſima volumina, jamque noſtris imminebant capitibus: non vidi holoſericum magis nigrum, nec diligentius involutum compreſſumque! Quodſi in hac nigerrimi fumi nube implicita, uti ſolet, fuiſſet ſcoria: tametſi integro milliari longius diſtantes fuiſſemus; actum de noſtra mortali vita, conclamatumque erat: at DEO O. M. favente illa omnia fuerunt mera terriculamenta: & in fumum fumus abiit: & quamvis octo leucas ſuper hujus ignivo-

mi montis ſcoriam & inter ejectos ſcopulos proxime lacum etiam hinc ejectum, & prope ipſum montis culmen oſtiumque confecerimus, monte interim jam tonante, jam tormentorum bellicorum, & quandoque complurium ſcloporum fragorem imitante, & nunquam non iras & fumum ſpirante, ac demum tantum ignium evomente, ut major fuerit quæ apparuit flamma, quam totum montis cacumen; nihil tamen paſſi fuimus damni. Maximus labor fuit in eo, ut meos quatuor Indos ne domum redirent, continerem: contra ut iter mecum proſequerentur, perſuaderem; quod DEO juvante ſum aſſecutus eo maxime argumento, quod nullus Rex ſuos proprios occidat fideles milites: & quod ſatis ſcirent me hoc iter nullo alio fine ſuſcepiſſe, quam ut fines Divini Imperii propagaremus, produceremus, dilataremus. 8.

2da. Primos Indos *Pehuenches* invenimus in *Liúcura*, ubi licet omnes bellum pararent, hoſtemque in horas expectarent; nihilominus concionantem attenti benevolique audierunt; infantesque ſuos baptiſmo obtulerunt. NB. Hic incipit herbæ malignæ genus beſtiis peſtiferum, uti explicabimus 19na. & 20ma. 16.

3tia. fiximus tentorium haud procul *grùleuvu*. Miſſa, Concio, Bapt. 8.

4ta.

4ta. Poſt Miſſam acceſſit Caciqueus *Don Franciſco Curupulqui* rogans, ut eadem ſuis præſtarem, qui una ſolum diſtarent leuca; quod perlibenter fecimus. 1.

5ta. Poſt confectas duas leucas & difficilem deſcenſum, vado tranſivimus fluvium *Tucuman*, & pernoctavimus ultra alterum ſuas minas oſtentantem fluvium *Nudquen*: 8 atque hæ quantum conſtat ſunt primæ vices, quibus illum Sacerdos, ſaltem Expeditionis ſpiritualis cauſa tranſiverit: atque idem intelligendum de reliquis deinceps locis, amnibus, fluviis. Eſt autem *Nudquen* minax fluvius & ſolum rate hic ſuperari ſolitus: verum cum hæc ob bellum deeſſet, ſimulque peritum viæ ducem Dei miſerentis Providentia offendiſſem; illum vado trajecimus: at parum abfuit quin Indos omniaque impedimenta una cum beſtiis ob Indorum ad viæ ducem non ſatis attendentium incuriam, fluvius abriperet: ſed magnis multisque clamoribus moniti, ipſi quoque cum impedimentis imminenti periculo ſe ſubduxerunt. Celebrabatur hodie in Societate JESU feſtum Ss. Mm. Japonenſium: vadum autem fluvii erat linea recta dextrorſum inclinans ſic / ad quod vadum deſcenditur longa atque aſpera via; & quod in neutra ripa nihil omnino reperiatur pa-

buli; ſed lapides duntaxat vel ſcopuli; pernoctandum nobis fuit poſt alium montem non qnidem altum, ſed aſcenſu deſcenſuque perdifficili.

Anno ſuperiore concionatus fueram in *Caicaien*, *unodquin*, *Rutúnhue* loca ob herbam malignam periculoſiſſima! ſed quod ob bellum hæc loca eſſent omnino deſerta, hominesque alio migraſſent; mihi quoque iter alio fuit inſtituendum.

6ta. noctem transegi in *Pùtùnmalin*: toto autem die nobis fuerant aſcendendi deſcendendique montes aſperrimi: unus præcipue præ cæteris admodum altus, præceps & præruptus maximo beſtiarum damno ob detritas attritasve ungulas: aliam aiebant viam dari planam & ſatis commodam, ſed ob herbam malignam & tribulos nimium periculoſam. 14.

7ma. adveni in *Tomen*, ubi eſt vallis & lacus ad pedem duorum montium ignivomorum, qui *Punmahuida* vocantur, procul dubio, quod fumus quem aliquando evomuit, fuerit tam ſpiſſus, ater & copioſus, ut vel meridiano tempore, noctis tenebras introduxerit, ac diem in noctem transformarit: nam certum eſt me integro deinceps octiduo, maximo incommodo, & quadrupedum ſuas ungulas perdentium de-

tri-

trimento, ipſius ſcoriæ inambulaviſſe. Hic locus diſtat a *Pùtúnmalin* duabus duntaxat leucis, quod moneo ob duarum leucarum circuitum, quas decepti a ductore deſcendentes aſcendentesque itinere aſperrimo & periculoſo confecimus. 4.

Uſque ad dictum *Pùtùnmalin* pertingit via ad ſalifodinas, quæ unius diei itinere inde ſunt diſſitæ, & omnino absque aqua: quare ne beſtiæ ſiti deficiant aut enecentur; & ut frigore nocturno quaſi potu recreentur, vel minus ſitiant; eo pergentes noctu, toto poſtea die occupantur in colligendo ſale; & ſole occidente revertuntur. Sal autem iſte, ut mihi ibidem fuit narratum, eſt aqua ſalſa in montis cacumine ſcaturiens, & mox frigore in ſalem indureſcens, quem ſalem ita durum ligneâ pala ſolum radentes colligunt: eo autem hic ſal eſt melior & pellucidior quanto dies, quo ex fonte prodit, fuerit ſerenior: nam quando tonat, ningit, pluit, aut cælum eſt turbidum, etiam ſal turbidus efficitur.

Veni in *Punmahuida* tempore *Cahuin*, ita vocantur dies, quibus ebrietati & genio maxime indulgent: erat ultima hujus feſtivitatis dies, unde mox ut eo adveneram, acinace mihi fuit percuſſum caput. Res ita contigit: interea temporis, quo mei Indi

 eri-

erigebant figebantque meum tentorium; accedebant Indi *Pehuenches* viſuri quis eſſem, & quid illis afferrem: me vocabat alius *Senor Capitan*, *Senor Huinca* alius; at nemo uti ſolent, *Patiru;* quod hic loci Patres Miſſionarii plerisque eſſent ignoti: cumque reſponderem nunc huic, mox alteri me veniſſe nunc quidem eam ſolum ob cauſam, ut eos invenirem ſimul & congregatos: nam ſingulos ob viæ aſperitatem ac plurium diſtantiam adire non potuiſſe nec poſſe: cætera autem cras mane me ipſis dicturum: eodem quo hæc dicebam tempore, retro me acceſſit primogenitus Caciquei hujus loci, qui erat hujus *Vutan mapu Toqui* ſeu ſupremus Bellidux; ac nihilominus eâdem hac ipſa hora, ab eodem hoc ſuo primogenito fuerat in facie vulneratus; hic, inquam, primogenitus retro me eques accedens *Huinca* exclamat, *gelai vinu?* cumque illi, quod aliis loquerer, non ſtatim reſponderem, mihi pileo cooperto acinacem qua potuit vi impegit non in verticem ſed transverſim, ita ut quemadmodum ipſe pileus monſtrabat; ictus caderet in ſpatium vacuum inter meum caput & pilei partem ſuperiorem: ea tamen vehementia ut mihi viſus omnino turbaretur, nec mihi viderer aliud videre, quam innumeras erumpentes ex oculis ſcintillas, neque dubitarem me

gra-

graviter eſſe vulneratum: verum enimvero quando ſublato pileo ſanguinem me viſurum & copioſum quidem exiſtimabam; nullo vulnere me læſum eſſe ego adſtantesque admirati ſumus, adeo ut quidam me inſignem eſſe Veneficum judicarent. Plures fortaſſe ictus accepiſſem, niſi quidam *Puelche* cui *Lincopichun* nomen, me peregregie defendiſſet. Quod ægerrime fero, eſt quod absque ullo, niſi quod Deus O. M. ipſi largiatur, & jam fuerit largitus præmio: nam die ſequenti quando alia veſte me inviſit; quod ſim oppidò myops, ipſum non agnovi; nec ullus quamvis id maxime commendaveram, me monuit: dum autem iterum iterumque in ipſum inquirerem jam abierat, nec poſtea comparuit.

8va. Quanta potui contentione dixi pro concione, nec absque fructu, quod non pauci Deo juvante infantes luſtralibus aquis ſint abluti. Degebat in vicinis locis populus ſatis numeroſus, ad quos ob vias nimium aſperas & ungulas meorum quadrupedum jam nimis detritas devenire non potui: iter tamen ſolo DEO Duce ea ſpe ſum proſecutus, fore ut Mendozæ meos quadrupedes infirmos aut inutiles totidem aliis ſanis permutarem uſque in ſequentem annum; ſed DEO O. M. viſum eſt aliter.

9na attigimus *Ranglmalin*. 8.

10ma. Trajecto vado *Pichicovùdleuvu* pernoctavi in *Lifcai*. 10.

11ma. prope amnem *Calmuco*, qui diſtat duabus leucis a *Huincan:* ubi

12ma poſt permoleſtum quatuor leucarum circuitum noctem traduxi. 6. Qui errantes reduxit in viam, fuit *Don Pancho HuenuCalquin* NB. duas hic loci eſt vias videre, & utramque veram ſed ſuo & diverſo tempore: nam quæ ducit, quaqua incedebamus via verſus Nord – Eſte, & quæ facile primoque intuitu perſpicitur, eſt quæ teritur tempore hyberno, quando altera non patet ob immenſam nivis copiam: neque tunc deeſt aqua vel ſaltem nix: at in æſtate unius & alterius diei itinere & aqua & paſtus deeſt. Altera via, qua Nord Weſte verſus inceditur, inquirenda eſt ad latus ſiniſtrum inter anguſta montium, e quibus poſtquam evaſeris, videtur in ſuperiore montis, qua deinde per alias ejusmodi fauces deſcenditur; tandemque pervenitur ad planum quod extenditur verſus Orientem, & in ejus extremo fluit amnis *Chacaico*, ubi manſimus eo die. *6*. In his ſecundis anguſtiis periit equa mulorum ductrix & magiſtra, viribus omnino exhauſta; & aſperitate viarum ſuis ungulis orbata, quaque unica in tot itineribus uſus fueram hactenus:

nec

nec inveni qui in toto deinceps itinere aliam ſubſtitueret, vel quocunque juſto pretio venderet.

14ta. Confectis circiter ſex leucis *6* attigimus oram *Vùta Covúdleuvu*, qui fluvius fluvio *Biobio* vel major vel ſaltem haud minor, fluit ad Orientem longa, lata & omnino recta via. Ad explorandum vadum iter facientes ad ejus marginem, quæ eſt terra mollis, poſt confectas circiter octo leucas *8* aſcendimus montem quadem ſemita, quæ exigua diligentia invenitur: & ex hoc monte videtur vadum, quod quatuor adhuc diſtans leucis cognoſcitur ex quam plurimis inſulis, quæ flumen in plures partes diſtrahunt, dividuntque: proxime ad hoc vadum permanſimus. *4*

15ta. Trajecimus fluvium *Vútacovùdleuvu* duce quodam *Puelche* qui hic in miſera caſa agebat excubias: flumine feliciter trajecto ipſe præceſſit in *Malalhue* ſuos quid ageretur facturus certiores: nos ultra fluvium ſubſtitimus. 1.

16ta. advenimus in *Malalhue*, qui locus ſitus eſt ſub eadem ferme paralela, qua fluvius *Maule* in *Chile* omnino ultra *Andes* id *las Pampas de los Puelches* ſeu *Patagonos*. Videtur hinc infinita montium ab Auſtro in Septentrionem ſe extendentium ſeries,

atque

atque inter illos eminentiſſimus *el Zerro Nevado.* Itinerarium a *Malalhue Mendozam*, ut mihi narratum fuit a viro fide digno, eſt illud: *Malalhue. El arroyo Saucezito* ſeptem leucæ: non datur incola. *Los Chacayes* quinque leucæ, incolunt Puelches. *El Chadileuvu*, alio nomine: *Rio de los Sauces, ò los Chacàicos*, novem leucæ: Puelches. *El rio atuèl ò Pelahuen*, quinque leucæ: Puelches. *El alquitran*, octo leucæ absque aqua. *El rio Diamante ò Manqueclen:* ſex leucæ, viæ aſperæ *El arroyo ondo ò el arroyo del medio*, ſex leucæ: absque incola. *Los Papagayos ò Cortaderas*, ſex leucæ: Puelches. *Lo de Alvarado ò la Cenaguita de llaucha*, ſeptem leucæ. *Lo de Videla ò la Isla*, quatuordecim leucæ. *Lo de Correa, eſtancia Tunayan*, ſex leucæ. *La eſtacada*, duodecim leucæ: pauci incolæ. *El Carrizal*, quinque leucæ: Hiſpani. *El rio* ſeu fluvius *Mendoza*, octo leucæ. *Mendoza* Civitas: quinque leucæ. Ordine retrogrado erit Itinerarium *Mendozà* uſque *Malalhue*. 6.

In *Malalhue* aderant tres Caciquei *Puelches: Marivutai, Huelecalquin* & *Chueyu* defuncti *Pantucuero* filius cum ducentis circiter equitibus, inter quos aliqui Hiſpani Mendoza transfugæ eodem quo Puelches induti veſtis genere & forma. Erat eorum

Inter-

Interpres (nam idioma Puelchium ab Hiſpano Chilenoque idiomate toto differt cælo, tametſi plerique omnes has tres linguas & intelligant & loquantur) Mendozinus quidam cui nomen *Vauiu* collo notatus ob deformem ſtrumam monſtruoſo. Cum Sol jam inciperet occumbere, omnes invitans in dìem ſequentem, ſingulis Caciqueis herbam Nicotianam ſeu tabacum, quod maxime appetunt, ad fumandum ſum elargitus.

17ma. Redierunt ſupradicti Caciquei cum ſuis equitibus, ſed ſine mulieribus, parvulis, infantibus: nec alia intentione quam furandi, &c. quod facile collegi ex ſuis geſtibus & modo agendi: Nos, aiebant: ut intellexi poſtea, quibus furemur & quos ſpoliemus magnis itineribus quærimus; quidni exſpoliemus hunc ſe nobis ultro offerentem? Etiam quærebant ex me: ad quid veniſti? & ſtatim alius: venit exploraturus, inquiebat, ac noſtra obſervaturus: Eſt hoſtium noſtrorum emiſſarius: aliis non credunt, at huic credent & pro certo habebunt, quidquid de nobis narraverit. Intelligentes quoque me velle pergere Mendozam: volebant ut emerem licentiam transeundi per ſuas Terras: idque etiam poſtquam illis ſatis manifeſtaveram me non meo ſed ipſorum bono ac commodo veniſſe; nec

me

me esse Mercatorem, sed Sacerdotem & quidem Societatis JESU Missionarium. His igitur similibusque altercationibus consumpto jam die, tandem at non contenti abivere.

18va. Arbitratus illos duriores se præbituros si contenderem amplius, misi qui illis significaret me, ut me meosque redimerem a vexa, justum pro transeundi Mendozam licentia pretium persoluturum: dicerent igitur: quid mihi solvendum? mulum, aiebant, illum, qui ob ungulas detritas mihi jam esset inutilis: cumque consentirem, advenerunt memorati tres Caciquei me jam accincto ad arripiendum iter: cumque illos introduxissem in meum Tentorium, ubi jam sacris uti semper aliis singulis diebus fueram operatus; nihilominus persuadere ipsis non potui, ut saltem suos infantes afferrent baptizandos: Contra ipsis Caciqueis præsentibus ac videntibus, Clientes ipsorum comitesque non desistebant facere ac dicere quædam contumeliosa, & quæ ad manum erant minoris momenti furari: præcipue invaserunt tabacum & panem biscoctum, quem una cum sacco coriaceo in quo servabatur, *lùl lùl lúl* clamantes abripuerunt; jamque dictum biscoctum habuissent sibi; nisi egomet meis manibus dictum saccum

co-

coriaceum, & in eo majorem adhuc partem panis præſenti periculo eripuiſſem.

Antequam meam mulam inſcenderem, ſingulis uti in reliquis locis dedi tabacum, acum, &c. cumque viæ Mendozam me committerem, quamvis mulum quem petierant, ipſis jam ſolviſſem, nihilo tamen minus & meos mulos equosque, & meos quatuor Indos a dicta via repulerunt: quidquod idem fecerint & eodem modo poſtquam ſolviſſem alterum, atque iterum tantundem. Cauſam ſciſcitanti reſponderunt ſuos equites eſſe iratos: cumque replicarem cur ita? absque alia reſponſione domum ad arma convolârunt: ſumptisque ſuis armis omnes lancea aut acinace inſtructi, & ſuo unusquisque tectus clypeo, militari ordine equites advolarunt: jamque paucis palmis ſuæ lanceæ aberant a meo pectore & a collo acinaces; quando quidam (an ſtratagema fuerit: an DEI ita diſponertis Providentia neſcio) prehendit mulum qui vinum portabat viginti librarum pondus non excedens, illudque extrahens, reliqui etiam ad illud bibendum me relicto convolarunt. Igitur quod ſpem abjicerem fore, ut tranſire Mendozam liceret; aut eorum infantes baptiſmate expiarem, diſceſſi eadem qua veneram via, poſtquam mihi ſeptem mulos abſtuliſſent,

ſent: atque inter hos illam qua vehebar huc adveniens.

Trajecimus *Vùtacovùdleuvu* in alio quam nuper 15ta vado, quod fluvius aquis auctus nunc illud vadum amiſerat: invenimus hoc vadum novum, quod aliquis neſcio num *Puelche* an *Pehuenche* ibidem albo equo fluvium tranſiret: nam hujus iter diligenter eminus obſervantes, nos quoque flumen in quinque vel plura brachia diviſum DEO O. M. juvante feliciter tranſivimus, & mox fiximus tentorium meridiem verſus ad pedem vicini montis eo loci quo dictus *Puelche* aut *Pehuenche* ſecutus viam ſuam ex oculis noſtris evanuerat. 7.

19na. Circumivimus montem multa nive opertum, & poſt omnino quindecim leucarum iter, eo quod propius non reperirentur ligna, paſtus, aqua; tandem pernoctavimus haud procul a colle gypſeo ſeu ex mero gypſo: unde videbatur inferius, & una leuca diſtans fluvius *Chadileuvu*. Vocatur hæc regio *Curumalin*, & locus ipſe *Huecubuɡelu malin*: Duo ſunt hic aquarum rivi, alter tenuis, alter aquis abundans & Hydromylæ ſufficiens: ad hujus itaque fluenta alacres ac ſine periculi ſuſpicione, & absque omni metu ac ſcrupulo ſubſtitimus: nam quamvis fontes ac putei ſint ſemper

peri-

periculoſiſſimi, ut experientia me anno elapſo ſatis ſuperque docuerat; attamen non amnes, fluvii, torrentes. Poſt unam alteramve horam vidimus eminus tranſeuntem *Pehuenchem*, *Curuqueupu* illi nomen, Don Ignatii *Huenchunahuel* filium. Hic tandem perſuaſus ut ſine metu ad nos accederet, ac locus ubi degebamus, quis eſſet nos edoceret; narravit primo nos quatuor tantum leucis a via quæ ad fluvium *Maule* nos perduceret, diſtare: demum aquam illam mulis equisque exteris, noctu præcipue peſtiferam eſſe. Quod ut percepi, mox ſine mora, multo adhuc die omnem adhibui diligentiam, ut omnes equi mulique quam primum inde abigerentur, & ad alium locum quem dicebat ſecurum eſſe, quantocyus migrarent.

Res digna admiratione, quod illa eadem aqua, quam nos & noſter canis ſine ullo damno bibebamus & crudam & coctam, & qua coquebamus: aqua omnino clara, criſtallina, nulliusque coloris ſaporisve niſi aquæ puræ & defecatiſſimæ; aqua quæ nec in olla in qua fuerat cocta, nec in fundo rivi, unde hauriebatur: neque ad ejus margines ullum relinquebat ſignum aut veſtigium, ſolum ſi excepero, quod illi vicinus eſſet ille collis gypſeus; quod, in-

quam, illa aqua potata ab equis mulisque exteris, quales erant noſtri; eis afflaret omnes illos effectus, quos hominibus affert ebrietas: nam quemadmodum homines vino madentes vacillant, cadunt: non poſſunt ſurgere, prout unusquisque plus minusve vino ſe ingurgitaverit: ita omnino equis mulisque ſuccedit, prout plus minusve hac aqua fuerint poti: quid? quod & modus curandi ſeu medicina eſt eadem quæ homini ebrio, ut citius ad ſanam mentem redeat, adhiberi poſſit: nam primum equo mulove hac aqua poto venam haud procul a naribus quam leviſſime incidunt ita, ut nonnihil exeat ſanguinis, quem ipſa beſtia videat, odoreturque: deinde ad aurem vulneri magis vicinam, pannum coloris ſanguinei ita ſuſpendunt, ut ſemper ipſius oculis obverſetur: ſic enim fit, ut equus mulusve ſuum olens ſanguinem, dolorem item ſentiens vulneris, ut ut parvi, levisque; videnſque præterea illum ſanguineum panni rubri colorem, apprehendat ſe vulneratum, ſanguinis rivum fundere: unde ſuas vices dolens, ſibique volens conſulere, torporem excutit, & ad mentem ſuam revertitur: quo agnito pannus aufertur, & panno inde amoto beſtia mox recreatur ſanaturque.

Aliud

Aliud malum nec minus timendum imminet hic dictis equis & mulis ab herba maligna, quæ & hic & in aliis locis quam plurimis eſt valde frequens; nam comeſta quantumvis in parva quantitate, adeo illos incendit ac debilitat; ut cadant, nec ſe poſſint pedibus ſuſtinere, imo moriantur ſi paulo plus hujus herbæ comederint. Unicum remedium eſt, eos frequenter frigida abluere, atque ita intra triduum, maxime beneficio frigidiſſimæ noctis, convaleſcunt.

20ma. Offendimus noſtros equos & mulos adeo factos ſupra dicta aqua inutiles, ut licet mihi eſſent adhuc octodecim muli ſuperſtites, & ſolis ſex onera levia imponenda; ſolos quatuor invenerim alicui oneri pares: quare uni oneri fuit ſupponendus equus; alterum onus imponendum fuit mulo minus ægro, qui tamen quando ipſi, uti fieri ſolet, operiebant oculos, procumbebat humi mox. Præterea duo equi, quod erigere ſe, aut aliquantulum ſaltem pedibus inſiſtere non poſſent, fuerunt nobis omnino relinquendi: & niſi DEUS O. M. hunc nobis Pehuenchem miſiſſet; de nobis actum omnino conclamatumque fuiſſet. Hoc igitur duce octo leucarum facientes iter potiſſimum Occidentem verſus, ac fluvium *Chadileuvu* multoties tranſeuntes, tan-

dem advenimus in *Liûmalal* apud *Don* Ignatium *Huenchuɴahuel* patrem prædicti *Curuqueupu* & Hiſpanis amicum: ejus *Capitaneus* erat *Sepulveda* ad *Maule* fluvium habitans. 8

Hic loci manſit noſter canis (alius ab eo, de quo ſum locutus ſupra) nam hucuſque plus ſatis conatus nos ſequi quantumvis pedibus excoriatis atque detritis, hic tandem dolori ac labori ſuccubuit: mirum autem, quod anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio quando Mendoza ſum profectus in *Uco*: qui locus diſtat Mendoza triginta leucis verſus Meridiem, ibi ſe mihi adjunxerit iſte meus canis jam ſenex & edentulus, mecumque eo non invitatus fuit reverſus ludente in terrenis divina Providentia rebus.

21ma. Ob infirmam adverſamque equorum mulorumque noſtrorum valetudinem confecimus quatuor leucas 4 recta Chilim ſeu Occidentem verſus, tametſi circumquaque non deeſſent incolæ: dicebatque *Don Ignatio Huenchuɴahuel* Patres Societatis JESU non eſſe incognitos ſenioribus, quorum complures priſcis temporibus in antiquis Miſſionibus *Queco*, *Lolco*, *Rucalhue* ab ipſis ſint initiati baptiſmate: at juniores neſcire

re quid rei ſit *Patiru*, ſeu Societatis JESU Miſſionarius; adeoque poſſe contingere ut illorum juniorum aliqui illos male ac injurioſe habeant; contumeliis afficiant; vel etiam ſuis impedimentis ſpolient: nec inter multos deeſſe aliquos malos. Hæc *Huenchunahuel*.

In via incidimus in turbam Pehuenchium, inter quos erant duo Caciquei *Mariantù* & *Tureupichun*. Singulis dedi parum tabaci & acum, quo contenti ſuum proſecuti ſunt iter: & arbitror nobis non inutile fuiſſe, quod nos comitaretur adhuc ſæpe laudatus *Don* Ignatius. Locus in quo nobis fuit pernoctandum, male audit a nimiis vehementibusque aeris tempeſtatibus, ut ipſimet ſumus experti: nam vix fixeramus tentorium, quando tribus horis continuis decidit nix tam copioſa, ut mei Indi exiſtimarent nos eſſe nive obruendos, ſepeliendosque. Hanc nivem ſecutus eſt ventus adeo vehemens, ut mirer meum tentorium licet novum ex goſſipio & quadraginta vacerris ſolo affixum nec loco motum nec in fruſta diſcerptum; ſed omnino integrum illæſumque perſtitiſſe: nec minus admirandum, quod ex eo loco ventus ſpiraret; ubi mons altiſſimus præruptusque nos contra ventum inſtar parietis debuiſſet defendere: adeo ut ſuſpicer in ipſo illo monte quædam latere ſpiracula.

 22.

22da. Confecimus ſex leucas, mox ubi aquam, ligna, pabulumque invenimus, ſubſiſtentes. 6.

23tia. Fecimus diſpendium trium circiter leucarum verſus montem quendam ig nivomum; nam caret cacumine, & ad ipſius pedem eſt ingens lacus, cujus littus erat plenum boum vaccarumque veſtigiis; ſed viam qua ulterius progrederemur non reperientes ſumus regreſſi; & poſt confectas eo die ſeptem leucas, & utroque flumine *Pichicovùdleuvu* feliciter trajecto, fiximus tentorium in loco ubi duo degebant Caciquei *Don Peruchò Huenchunamcu* alter, alter *Don Perucho Praipagi*: uterque plenus officii & humanitatis. 7.

In itinere DEO favente evaſi præſentiſſimum periculum eundi in præceps; nam præcedente meum. quo vehebar, mulum equo infirmo in via ad latus montis anguſtiſſima; is ob loci difficultatem non recta pergens, ſed montem per invia aſcendere conatus; retro ac proxime me, qui quantum potui paſſum interea acceleraveram, per invia & devia ad montis pedem eſt delapſus, me ſocium procul dubio ſui habiturus infortunii niſi, ut dixi, juvante meo Angelo Tutelari, gradum acceleraviſſem.

24ta. Vidimus efferri ad ſepulchrum cadaver

daver

daver fratris Caciquei *Huenchunamcu*: Pompa funebris erat hæc: præcedebat eques ſune ducens equum, in quo jacebat cadaver ſupinum indutum colobio, & ſuo *Tariloncо* ligatum caput: pileus coriaceus prægrandis, & cupro flavo munitus, jacebat ſupra ventrem cadaveris: ſequebatur alter eques cum altero equo ſtrato, illo ſcilicet quo defunctus, dum eſſet in vivis, vehi ſolebat: claudebat agmen tertius eques ex adverſo portans agnum: Reliqua multitu do virorum ac mulierum alia via breviore ad locum ſepulturæ anteceſſerat: ubi occiderunt utrumque equum agnumque; item alias duas equas pro iis, qui funeri aſſiſtebant; diſtribuendo carnem, ſebum ac inteſtina inter præſentes una cum liberali hauſtu: pellis autem ſingulorum equorum equarumque capiti pedibusque adhuc unita, ita extendebatnr ſupra perticas; ut eminus viderentur vivi, ſuisque inſiſtentes pedibus. Finitis his exequiis omnes interfuerunt Doctrinæ Chriſtianæ, & infantes nonnulli aqua luſtrali ſunt perfuſi.

25ta Superavimus primam montium Andes ſeriem, eandem quam venientes ex Regno Chilenſi tertiam numerant: initium fecimus itinerando primum ad *Pichicovúdleuvu* fluenta, donec perveniremus ad locum

 unde

unde videtur ultra flumen quædam macula ingens & ſubnigra dimidium lunæ creſcentis aliquatenus ſua forma ac figura referens; quæque efformatur a ſcopulis præruptiſſimi montis, lucem ad interiora penetrare non ſinentibus. Hic ergo aſcenditur paulatim, donec ſuperius ad lævam deprehendantur cœnoſa loca, quibus ad ſiniſtram relictis, tandem pervenitur ad verticem horum montium; horretque animus videre jam non terram ſed nigerrimos ſcopulos plerosque nive opertos. Hinc iter inſtituimus ſemper quoad fieri poterat, Occidentem verſus absque ullo viæ veſtigio calcantes vel nivem vel duriſſimos nigerrimosque ſcopulos, donec reperiantur nonnulla ligna, pabulum & aqua, nam hæc tria ſimul non eſt invenire poſtmodum, niſi poſt confectas denuo octo leucas: nihilominus quod hic locus nobis videretur triſtiſſimus, communi conſenſu ſtatuimus pergere ulterius. Egreſſi itaque ex his anguſtiis duas offendimus ſemitas, utraque alteri ſimilis ac ſatis trita: elegimus ire ad dextram; & poſt iter hujus diei duodecim omnino leucarum tandem ſubſtitimus, ubi non quidem pabulum & aqua; at deerant ligna. 12

26ta. Invenimus prima ligna trans fluvium *Barbarco* qui hic ex pulchro lacu, lato oſtio emanat. 4. 27

27ma Profecti ſumus ſemper verſus Auſtrum ſeu Meridiem ad oram fluvii *Barbarco*, montesque illi vicinos aſcendentes aut deſcendentes. 7.

28va. Ut heri prope fluvium *Barbarco* meridiem verſus; donec is liber ab his montium anguſtiis, incidit in alias verſus Orientem: quapropter eo relicto trajecimus montem, cujus ſemita nos perduxit ad fluvium *Nudquen* tribus circiter hinc diſtantem leucis. In via offendimus vaccas & caſas vacuas Caciquei *Paginahuel*. Cis fluvium *Nudquen* duæ apparent viæ; altera verſus ſeptentrionem de qua loquemur 1ma Martii; altera Occidentem verſus; quam fluvium *Nudquen* vado tranſeuntes ſecuti; mox ſubſtitimus. 10.

29na. Nobis fuit trajiciendus amnis *Raquimleuvu* ad quem pervenitur arduo & longo deſcenſu ; indeque tantundem eſt aſcendendum; in cujus aſcensûs medio datur ingens ſpelunca; unde tribus circiter leucis diſtabat Caciqueus *Don Juan Cùnchamanque*: ubi dixi pro concione & aliquot infantes ſacro fonte luſtravi. 4. Hic locus eſt planum ſatis capax, & incolæ non pauci, plerique Hiſpanorum amici: & propterea hic reperi militem ex *Tucapel* novo: cumque ex eo quærerem, ubi locorum eſ-

ſem, reſpondit *Tucapel nuevo* diſtare quinque dierum itinere hac via: *Dahuehue*, *Liûleuvu*, *Raûuleuvu*, *Rugileuvu*, *Liûcura*, *Volcan de la Laxa*. V. ſupra 1ma Februarii: cumque interrogarem qua iretur *Chillanum?* ſe audiviſſe, aiebat, *Chillanum* trans montes e regione & ex adverſo eſſe ſitum; verum ſe nunquam ei ſe viæ hactenus commiſiſſe. Verum enimvero poſtea experientia doctus agnovi me & a meis quatuor Indis, & ab hoc milite Hiſpano, ac præcipue a Caciqueo *Cùncham* deceptum fuiſſe: primum quidem a meis Indis, nam hi & feſſi itinere, & metu novorum diſcriminum, nec non quod jam domi ſuæ paulatim inciperent crapula & ebrietas; monuerant Hiſpanum, ut mihi reditum perſuaderet domum, ac viam in *Chillan* occultaret: deinde miles ipſe vehementer cupiebat nos habere reditûs ſui ſocios: demum Caciqueus arbitratus me eſſe valde liberalem ob quædam munuſcula quæ elargiebar; & quod plura mihi reſtarent; me docuit viam in *Longavì* ubi habebat filium, volens hac ratione & ſuo & hujus ſui filii lucro conſulere: Ego quoque exiſtimans viam in *Longavì* eandem eſſe, quam alii viam *Chillanum* nominarent; & ne eadem via redirem qua veneram; atque ut addiſcerem, obſervaremque complures vias,

qui-

quibus Patres Miſſionarii Expeditionis ſpiritualis ergo ingredi atque egredi bono harum gentium poſſent; facile fui adductus; ut iter per *Longavi* inſtituerem. Scivi autem poſtea dari viam hinc *Chillanum* & *Chillano* huc & quidem ſatis brevem, & ſatis commodam; nec alio majore obice impeditam, quam quod menſibus Octobri, Novembri & majore parte Decembris, fluvius *Nuble* qui multoties eſt trajiciendus; ſit oppidò rapidus, & aquis ob nivem quæ his menſibus liqueſcit, nimium abundans: reliquis autem anni temporibus nullo negotio ſuperatur. Incipit hæc via Chillano huc venientibus in *Alico:* & mox ipſe fluvius *Nuble* ad cujus fluenta ſemper eſt proficiſcendum, monſtrabit reliqua hucuſque.

Si quis igitur RR. PP. Miſſionariorum hos populos propter tot animarum ac ſuæ propriæ æternam ſalutem velit adire; DEO O. M. confiſus ingrediatur primum *Chillano* huc ea quam jam deſcripſi via; nec dubitet de fructu, præſertim ſi Indi per ſuos *Capitanes* tempeſtive fuerint moniti P. Miſſionarium eſſe adventurum. Hic conſtitutus ſi placet pergere ad Orientem; habet hic notata loca præſertim ſi conſulat mappam geographicam, quæ ordine retrogrado illum ad Puelches ac Mendozam perducant:

cant: ſi vero malit ire ad dextram verſus Meridiem; poterit ire per *Dahuehue*, &c. & tandem egredi vel *por el Volcan de la Laxa* vel *por Duqueco:* ſi demum ad ſiniſtram atque egredi tandem *por Longavì* vel *el rio Maule*, via perget quam partim jam monſtravimus, partim his quæ dicemus, monſtraturi ſumus.

1ma Martii ſcripſi literas ad R. P. Superiorem Miſſionum; quibus eum quo loco res eſſent, faciebam certiorem; cumque illas dediſſem Hiſpano militi perferendas; duo ex meis Indis primum conati ſunt mihi domum ut redirem perſuadere; quod cum non obtinerent; utentes meis literis inſtar Teſſeræ, qua fallerent excubias, una cum Hiſpano milite ſunt regreſſi: tertius idem meditabatur, ſed pœnitens hoc eodem die ad me eſt reverſus: unicus mihi ſemper fideliſſimus non me deſeruit, ſed puero præcedente mecum equos mulosque ad regrediendum ad locum diei 28. juxta fluvium *nudquen* propulit, expulit, compulit.

2da Proficiſcentes ſemper proxime fluvium *nudquen* verſus Septentrionem, poſt iter unius duntaxat leucæ invenimus locum optima aqua, lignis, paſtuque abundantem: nihilominus proſecuti ſumus iter uſque ad fluvium *Taunleuvu*, qui hic in *Nudquen* influit:

fluit: uterque eſt hic alter alteri latitudine ac profunditate par. 6.

3tia. Primum aſcendentes Occidentem verſus, poſtea perſæpe tranſivimus *Nudquen*, qui diſtans a *Taunleuvu* ſex circiter leucis Septentrionem verſus ſe intra ſcopulos unde decidit abſcondens, deinde non videtur amplius: videntur autem hic duæ viæ altera verſus Meridiem, ad Occidentem altera, quam ingreſſi ad latus ardui & præcelſi montis, noctem duximus ad pedem montium Andes, qui hic vocantur ſecunda horum montium ſeries; proxime Torrentem, qui poſt unius leucæ curſum totum ſe tradit prædicto *Nudquen*. 7.

4ta. Superatis Andibus deſcendimus ad latus dextrum per anguſta horum montium, ubi fluit *Relbunleuvu*, ita dictus quod herba *relbun* ad ejus oram ſit valde frequens: deinde pervenimus ad quandam planitiem valde latam, longam & amœnam; ubi paſcebat ingens vaccarum & equorum multitudo: dividiturque hoc planum altero in longum *Relbunleuvu* multo majore, ad cujus oram pernoctavimus. 10.

5ta advenimus apud Caciqueum *Don Juan Hueichamanque* Caciquei *Cúnchamanque* filium, ubi conſueta peregimus. Degebat

hic

hic Caciqueus in loco ſatis tuto; ac rapidis fluviis ad utrumque latus munito; & eſt unicus ad hos montes ex hac parte aditus. 3.

6ta. Itineris difficillimi initium fecimus aſcendendo collem, unde ad lævam per anguſtam vallem, ubi alius *Relbunleuvu*, progreſſi, defleximus ad aliam vallem, multis leucis inambulantes ſaxis *Cruzleuvu*; habentesque e regione Montem ignivomum *Longavì*, tandem perventum eſt ad colliculum terræ mollis, ubi primæ arbores licet & raræ & mediocres; quas videram a 1ma Februarii. Haud procul hinc tentorium fiximus ob pauca paſcua absque aqua, quæ vel ex *Cruzleuvu* erat afferenda, vel ex fluvio vicino, ad quem longa atque aſpera via deſcendendum, haurienda. 7.

7ma. Ob itineris hodierni difficultatem alter ex duobus, qui mihi reſtabant Indis, & fidelior quidem (V. 1ma Martii) *Miguel Calcuhueque* ſibi ſtravit mulum, qui hactenus nunquam paſſus fuerat ſeſſorem, unde illum nunc dejecturus, multis & magnis ſaltibus decurrens montem, pervenit ad ingens præcipitium, quod advertens adeo repente ſubſtitit; ut ſeſſor per ejus caput delaberetur: actum eſſe de meo Michaele exiſtimabam; at quando quoad potui, deſpexi, Eccum ſedentem illic loci, qui eum vix

ca

caperet: quare coriaceis funibus (nam an unus ſuffecerit, non recordor) & ego, & alter Indus, ipſeque Caciqueus, qui huc uſque perhumaniter nos fuerat comitatus; illum attrahentes, dum ex eo quæro quomodo ſe haberet? bene, inquit. an nihil tibi dolet? omnino nihil: & mox inſcendens eundem mulum, illum ſcandendo montem tandiu ſubegit; donec manſuefactus placide deſcenderet.

Caciqueum igitur in digreſſu amplexi, cœpimus ſuperare tertiam Andium ſeriem: & primum quidem deſcendimus longa atque aſpera ſemita ad rivum, ex quo omnes equi mulique biberunt; nam deinceps toto die non invenitur aqua, ſed plurima nix: mox paulatim & oblique aſcendimus montem altiſſimum & tam præruptum, ut primo aſpectu nullatenus conſcendi poſſe videatur: at audentibus via non defuit. Monte ſuperato arbitrabar me vix leucæ quadrante ab Ignivomi *Longavî* ſupremo abeſſe cacumine, atque eo pergebam; quando obſtupui, ſteteruntque comæ, cum repente pertingerem ad marginem foſſæ, quæ intervenit tam profundæ; ut ad extremum utriusque & hujus & ignivomi *Longavì* pedem recta deſcendat: averti greſſum, & ne imaginationi altius imprimeretur; etiam

oculos

oculos idque quam potui citiſſime: ſolusque pergens Occidentem verſus, Lunæ ad occaſum vergentis edoctus luce, poſt paucarum leucarum iter ex improviſo ſe mihi obtulit mons totus opertus nive; tamque præceps, ut eminus viſus videretur longiſſimus altiſſimusque paries albus. Expectavi magna videndi Indorum meorum admirationem cupiditate; at meus Michael hac novitate parum perculſus, equum qui ob duritiem nivis non niſi tenuia relinquebat veſtigia, ad latus inflectens, ac ſemper ſubiens oblique, multosque peracutos efformans angulos lateribus ſemper rectis; una nobiscum & cum omnibus equis mulisque parietem album tranſcendit; quo tranſcenſo.

Iter direximus verſus alium montem altiorem, quem oportet tranſire proxime unos ſcopulos, qui eminus videntur parum diſtare a ſuo culmine, & relinquuntur ad lævam: ſummopere autem attendendum, ne equi mulique mixtim incedant; ſed primo muli; quod gradum nunquam vel raro ſiſtant, ſemper ſequentes ſonitum nolulæ: deinde equi bono ordine ſemper alius poſt alium, ac aliquo intervallo ſejuncti: nam cum via ſit anguſta, nec firma; nam cum ſaxa dum calcantur, plerumque ruant in præceps; neceſſe eſt, ut intercedat aliquod

ſpa-

ſpatium, ne cum ſaxis & ipſæ delabantur beſtiæ; uti accidit uni & quidem oneratæ, quæ tamen ſubire mox conata, locum (gratias DEO) invenit, quo ſe reliquis in via iterum adjungeret.

Ex tanta anguſtia egreſſis alius mons nive obtectus ſcandendus fuit; ex quo Orientem verſus tanquam ex ſpecula & loco ſuperiore tota videtur *Cordillera* ſeu omnes Montium Andes continuæ ſeries: quarum ego ex hoc loco numeravi omnino decem: ita tamen ut hinc inde emineant aliquot altiſſimorum montium acutiſſima culmina: Apparent autem hic omnia vel omnino nigra, vel omnino alba: alba propter nivem; nigra ob nigerrimos ſcopulos; nec præter nivem & ſcopulos hic orbis terrarum Orientem verſus nihil oſtentat. Quærenti ex meis Indis, quomodo iſta ipſis placerent? Pater, aiebat alter, ſi hac via nos introduxiſſes, ne una leuca te ſecuti fuiſſemus, ſed ſtatim aufugiſſemus. Videtur hic proſpectus ſimilis mari, quando nocte obſcura ſpumans in montes collesque erigitur: hoc ſolo diſcrimine, quod ibi ſint omnia ſpuma & aqua; hic vero nix ſcopulique: At Occidentem verſus duas eſt videre montium ſeries, quarum altera quæ ad dextram ſita eſt, & ubi deſpicitur ignivomus *Longavi*, conſtat ex montibus illis quæ ad lævam apparent, mi-

noribus: ad extremum autem hujus utriusque ſeriei, velut mare ex portu, proſpicitur Regnum Chilenſe qualis amœniſſimus, uti revera eſt Paradiſus. Qui maxime hinc diſtant verſus Occidentem ſunt montes ad oram maritimam ſiti, qui ex hoc loco tanquam loco longe ſuperiore viſi, videntur omnes altitudine pares ac inſtar lineæ rectæ: latæ & ubique æqualis. Plana autem *Chili*, quæ a Septentrione Meridiem verſus ad trecentas pluresque extenduntur leucas; hinc videntur ſimilia Holoſerico viridi ſupra pa vimentum extenſo, ornatoque tot limbis argenteis, quot videntur fluvii criſtallini recta ab Oriente verſus Occidentem pergentes ad mare. Eſt tam jucundus & ſingularis hic aſpectus, ut meâ vita nihil viderim ſimile; & vel ſolus hic proſpectus dignus eſt ut quis ad hunc locum etiam ſumptu ac labore non exiguo aſcendat. Deſcendimus noſtris mulis, illis habenas non laxando; ſed ita adducendo, ut ſolis prioribus pedibus innixi, totoque reliquo corpore ſedentes, recta ſupra nivem delaberentur: ubi attendendum, ut quis ſuos pedes ſatis attollat, dorſoque ſui muli inſidens, ita ſua ſede ſedeat, ut a ſua ſede non recedat.

Cavendum hic etiam ne decipiatur a loco, qui aqua, lignis paſcuisque non omnino carens, in his adjunctis ita allicit, ut quis facile

le ſibi perſuadeat, hac eundem eſſe, cum tamen penitus extra viam ſit; itaque ſeptus montibus, ut & ingreſſus & egreſſus ſit perdifficilis: uti mihi contigit, cui iſtic loci quatuor diebus veluti in caverna, cum ſolo puero, alterius ex meis duobus Indis filio, fuit permanendum: nam cum nuſquam deprehenderemus viam, hac eſſe pergendum rati, ad hunc locum deſcenſu perdifficili pervenimus: ſed cum nuſquam pateret egreſſus, tandem communi conſenſu ſtatuimus; ut ego puerque una cum beſtiis, tot itineribus defeſſis, ac plerisque ferme absque ungulis; hic permaneremus, donec mei duo Indi explorata jam via rediiſſent: at hi, ut dixi, non niſi quarto redierunt die.

Cognoſcitur hic locus ex quodam amne, qui proxime ubi deſcenditur, decidit: videntur etiam quædam ligna & nonnulla, ut dixi, paſcua: unde accidit, ut ibi inveniremus aliquos equos vagos, & absque omni ſigno vel nota, unde conſtaret eſſe alicujus Domini: & propterea mei duo Indi unusquisque ſibi ſtravit unum, quo viam exploratum iret: quibus tandem redeuntibus, equosque huic loco reſtituentibus, ſcivi viam haud procul abeſſe, & hunc locum ad dextram relinquendum fuiſſe. Egreſſi igitur ex hac triſti valle, in qua vidimus aliquoties permagna ſaxa ſuapte, cæloque placido & ſere-

no decidere; poſt alium deſcenſum invenimus lacum, cui jam vicini, noſtro damno didicimus ad dextram verſus flammivomum *Longavì* latere foſſam ingentem profundamque, quæ ſub veſperum propter ſpiſſiſſimam umbram, quam projiciebat ſcopulus ad Occidentem ſitus; & quod major ejus pars glacie & nive tecta eſſet; non ſatis percipiebatur, donec unus mulus meo uſui dicatus; quod a reliquis aliquantulum ob nivem petulantius receſſiſſet; ibi repente fracta glacie mergeretur, periretque: maximæ autem DEO O. M. debentur gratiæ, quod non ſiverit, ut multo majore damno & luctu puer, qui equos & mulos, uti ſolet, præcedebat; non ad hunc eundem locum, a quo vix tribus paſſibus diſtabat, recta perrexerit; nam tunc illi & forte pluribus, uti modo iſti mulo, fuiſſet pereundum.

Confectis hac ratione quatuor leucis pervenimus ad locum qui *el oyo* (fovea) vocatur, & unâ leuca a prædicto lacu diſtat; atque hic prima inveniuntur ligna, primumque pabulum a die 6ta. 4.

12ma. Superavimus montem, ad cujus pedem traduxeramus noctem, ſed via tam aſpera, tam anguſta & tortuoſa, ut mox unus equus, quod licet aliquot es fruſtra conatus, conſcendere non poſſet; nobis fuerit relinquendus: alter mulus, quod onere contra ſco-

pu-

pulum neceſſario impingeret; dejectus, poſtea a meis Indis, qui ſarcinas ſuis humeris ſuſtulerunt; ulterius devolutus, demum eo eſt delapſus; unde ad nos redire denique potuerit. His viciſſitudinibus confecimus hodie indefeſſo integræ diei labore quinque leucas uſque *al Zerrito de Lopez*: unde deinceps ſi fluvios exceperis, ſemper inceditur via facili mollique; quales ſunt pleræque Regni Chilenſis, tametſi non nunquam adhuc collis aliquis ſit aſcendendus deſcendendusque. 5. Hic die

13tia diſparuit quædam mula: quod cum adverterem, moneremque meos Indos unum mulum deſiderari; poſtquam aliquo tempore illum fruſtra quæſiviſſent; tandem cœperunt mecum contendere, omnes omnino adeſſe, deeſſe autem omnino nullum: me autem in mea opinione perſiſtente; & ut diligentius inquirerent, inſiſtente; cum nec ſic perſuaderem, tandem fuerunt convicti, quod viderent non ſolum abeſſe mulam; ſed mulam oneratam & oneratam ipſis ipſorum Indorum ſarcinulis: unde illam ex ſilvula, in qua ſe abſconderat, adduxerunt. Fiximus tentorium *en los Durasnos*. 6.

14ta noctem duximus in *Moyunmahuida* 8

15ta. manſimus in *Longavì*, ubi Collegium Societatis JESU Pencopolitanum, quod eſt

in Urbe Conceptionis; habebat templum & domicilium. 3.

19na. Tentorium fiximus in *Huedchuquito*, poſtquam jam tertia vice trajeceramus fluvium *Longavi*. 4.

20ma. Trajecto amne *Perquilaſquen*, noctem duximus ad ripam *Nuble*, de quo die 29na Februarii. 12.

21ma. Confectâ una leuca hunc *Nuble* vado tranſivimus; & poſt tres alias leucas adveni in Collegium noſtrum *Chillan*. 4.

22da Fuit iter octo leucarum. 8.

23tia. Poſt trium leucarum iter equo trajecimus fluvium *Itata*. Nox traducta haud procul *el Rio Claro* duas leucas cis *el Rio de la Laxa* 8.

24ta. Vado latiſſimo ſuperavimus *Laxam*, & quod copioſa decidere inciperet pluvia; ad domum Hiſpani amici divertimus. 4.

25ta. Domum *Santa Feè* redux ſanus & incolumis, celebrans Miſſam, debitas DEO O. M. laudes toto corde, gratusque perſolvi. 6. Summa 649.

En Lector Benevole Diarium, in quo breviter, familiariter, & latine, quamvis intra viginti quinque annos nihil latine ſcripſerim nec fuerim locutus; recenſeo quid mihi in ſingulis ſupradictis locis præcipue acciderit: quod autem univerſim vel plerumque uſuvenit, eſt primo viarum maxima aſperitas,

tas, adeo ut ex quatuor, propemodum tres partes ſint vel ſcoria, vel ſcopuli, aut ſaxa tam dura & peracuta; ut equi muliqne his viis non ſatis aſſueti intra paucos dies ſuas ungulas attritas detritasque deplorent. Dum adhuc degebam in medio iſtorum montium; me feliciſſimum arbitrabar, ſi vel cum ſolis ſarcinulis ex tot periculis caſibusque evaderem; ſed Dei miſerentis providentia ex ſex equis duo; & ex viginti quinque mulis ſedecim evaſere, non includendo equam & ejus paucorum dierum pullam, quæ herbâ maligna, illa vero, ut diximus, viribus omnino exhauſta concidit.

Præterea ſicut in *Chili* eſt ingens rerum comeſtibilium copia & affluentia, ſic contra in his montibus ſumma ubique penuria, exceptis agnis vitulisque; quos tamen quoad poſſunt, cariſſime vendunt: at equum mulumve nulla ratione; & nemo credat, quam equis ac præcipue mulis, ipſius etiam P. Miſſionarii inhient. Ipſorum autem horum Indorum ordinarius cibus ſunt equi mulique ad equitandum oneraque jam facti inutiles: & plerumque equæ, quibus abundant: comedunt præterea *guanacos* animal ſilveſtre camelo, niſi quod gibbo careat, & ad onera ſit ineptum, perſimile: item ova ſtruthionum.

Contingit etiam nullum hic inveniri viæ

ducem: unde ſemper viæ tritæ & ordinariæ inſiſtendum fuit: nam præterquam quod ipſorum fidei nihil ſit credendum; hi horum montium Indi plerumque ſunt invicem hoſtes & inimici: cum enim ipſorum opes & divitiæ præſertim in eo conſiſtant; quod magnos habeant ovium greges, armentaque; mulos quoque equosque numerent quam plurimos: illa autem non niſi ſufficiente paſtu ac alimento ſuſtententur; hinc ægerrime ferunt, ſi quis eorum terras cum multis beſtiis ingreditur: aut ſi vicinus ſua pecora non ita continet, ut extra proprios limites, quod in campo aperto eſt factu perdifficile, nunquam exeat: & ſi exierit, mox bellum & inimicitiæ. Neque invicem reverentur nomen Conterranei, popularis, &c.; ſed ſolum *ni molvùn*, meus ſanguis: nempe conſanguinitatis, ſtirpis, ejusdemque ſecum familiæ: vel *ni Cachu* meus compotator & amicus: unde extra limites ſui parvi Territorii nemo audet ire ſolus; nec facile procul a ſuis conſanguineis diſcedit.

Inter Indos Chilenſes non deſunt, qui habeant ſuas domos pro ſuo vivendi modo ſatis commodas; ac P. Miſſionario ſolent præparare ſacellum ſeu caſam ex ramis ad tempus confectam cum ſuo tecto ſufficiente contra pluviam: vel ſaltem umbraculum ex frondibus conſtructum: at inter Indos *Pehuenches*,

ches, *Puelchesque* id rariſſime ſuccedit; eo quod, ut ex ſupra dictis facile eſt colligere; nuſquam reperiantur arbores nequidem mediocres: unde ipſorum ædes conſtant ex meris præcipue equarum pellibus, quas circumferunt; & quando aut ubi opus eſt; & prout ipſis fuerit viſum, ſuis lanceis vel recta, vel oblique, vel transverſum ſuſpendunt, collocant, ſuſtinent. P. Miſſionarius autem ubique ſecum portat ſuum tentorium figuræ conicæ; quod ſuo in medio innixum fulcro adeo extenditur, ut & cubiculi & ſacelli, ſi ſit neceſſe; non indecore agat, ſuppleatque vices.

Veſtis autem P. Miſſionarii eſt eadem quæ univerſæ Societatis JESU eſt propria; excepto pallio, cujus loco in *Chili* juxta morem gentis utimur *Poncho* ſeu veſte ſtragula; quæ veſtis in eo conſiſtit, quod ſit confecta in forma rectanguli lati & oblongi inſtar ſtraguli vel lodicis, in cujus medio eſt fiſſura, cui caput immittitur, ut deinde ita undequaque defluat, ut totum corpus una cum brachiis, quantum unusquisque voluerit, cooperiat, defendat, ornet: Nam cum in *Chili* aliisque Americæ Indiis itinera ſint & longiſſima & frequentiſſima; & fere quotidianæ excurſiones ad infirmos multis diſtantes leucis; ideoque Patres Miſſionarii fere ſemper vehantur equo; hinc ſupradicta veſtis ipſis non

ſolum eſt magis commoda, ſed omnino neceſſaria: quod pallium Europæum equiti non tam ſit adjumento, quam oneri & impedimento; uti experientia me ſatis docuit.

Geſtat demum, ut pictura in mappa geographica exhibet, ad pedes calcaria, & ſupra pectus Crucifixum PP. Miſſionariorum inſigne, in itineribus Ducem, & in periculis ſcutum, præſidium & tutelam.

Cæterum Chilenſe Regnum eſt ejusmodi, ut ſive commodam cœli temperiem, atque aeris clementiam ſalubritatemque, ſive telluris ſolique fertilitatem & comeſtibilium abundantiam lautitiamque ſpectes, non ſolum Germaniâ noſtra ſit melius; ſed ipſi adeo Hiſpaniæ atque Italiæ haud vel certe vix cedat. Ver illic perpetuum, tonitrua nulla, nives nullæ, ſi altiſſimorum montium, quæ verſus Auſtrum Septentrionemque continua ſerie extenduntur (quam jam ſatis deſcripſi,) *Cordilleræ* culmina excipias; hæc enim perpetuis nivibus obruta ſunt & viginti tantum leucis, quæ maxima Regni Chilenſis latitudo eſt, a mari pacifico diſtant. Longitudo autem a vigeſimo octavo circiter gradu Latitudinis Auſtralis, ubi *Copiapo*, & ubi nunquam pluit; uſque ad Inſulam Chiloe ſub gradu quadrageſimo quarto & ultra. Magna ubique inter Hiſpanos ubique vini rubri, tritici, hordei milliique, uti & leguminum puta len-

lentium, piſorum, fabarum, phaſeolorumque abundantia: pomorum quoque, olearum, malorum punicorum, ficuum, prunorum, pirorum, malorum aureorum, perſicorum, limonum, fragorumque ingens copia, & ab omni, qui in eis lateat, verme libera. Verbo cujuscunque generis ſemina ſive arborum, ſive leguminum, ſive herbarum hortenſium, quorumcunque illic terræ mandantur; creſcunt & matureſcunt feliciter.

Nec deſunt ovium, caprarum, armentorumque numeroſi greges; gallinarum item, anſerum, gallorum Indicorum, columbarum, perdicum, &c. turba haud modica. Equorum autem præſtantiſſimorum tanta multitudo, ut pauperrimus ſit, qui plures non poſſideat: præ cæteris ii laudantur, quibus quod eodem ejusdem lateris utroque ſimul incedunt pede, ſine ulla corporis ſuccuſſione viginti & amplius leucas uno die eodemque itinere admirabili velocitate conficias. Idem de mulis intellige. Prætereo Auri Argentique fodinas plurimas & opulentiſſimas.

Animalia ferocia, venenoſa aut aliàs valde moleſta, quamvis in reliqua America ſint oppido multa; in Regno Chilenſi nulla prorſus exiſtunt, Leones ſi exceperis, non illos Africanos; ſed alios Leænæ potius quam Leoni ſimiles; nam ſunt absque jubis, & ſolis equis ovibusque infeſti; conſcendunt arbores, &

dum

dum ſe captos & proximos neci advertunt, lacrymas ex oculis demittunt. Vivebant mecum in illis regionibus ex variis Hiſpaniæ Privinciis, non pauci etiam ex Gallia, Italia, Hungaria, Peruvia, Africa; omnesque Clima ſolumque Chilenſe laudabant, prædicabant, mirabantur.

Terræ motus fateor illic eſſe vehementes frequentesque; verum non tanto incolarum damno, ut Europæi exiſtimant: Habebam Mappam Geographicam (nomini Authoris parco) in qua ſatis accurate erat depicta Jacobopolis Regni Chilenſis Metropolis; at multo nimia Hyperbole, quod de Terræ motu anni 1730 legebatur, octo ſcilicet interiiſſe hominum milliones, cum vix centum interierint; & anno 1751 cum alterâ mox ſeptimana poſt Terræ motum, quo urbs Conceptio nis (*Penco*) diruta eſt, ibidem adeſſem; audivi egomet præſens ſolos viginti octo ruinis & exundante mare obrutos fuiſſe: nam cum Terræ motum præcedere ſoleat, DEO ita miſericorditer diſponente, quidam ſtrepitus, fragor vel mugitus: adhæc domus ſint unius duntaxat contignationis, neque noctu undique clauſæ; atque una cum tecto octo vel novem aut decem cubitorum altitudinem nunquam vel raro excedant; periculo ruinæ nimium expoſitæ non ſunt.

Habebat Societas in vaſto hoc Regno unam

Pro-

Provinciam, *Provinciam Chilenſem*, in eaque undecim Collegia; Reſidentias ac Miſſiones neſcio quot; ſocios ex variis nationibus plures trecentis; ex quibus major pars degebat Jacobopoli, ubi Collegium maximum; Collegium & domus Tertiæ Probationis ſancti Pauli; Novitiatus; Seminarium Externorum; duæ domus Exercitiorum. Item in Urbe Conceptionis Collegium, ſeminarium, domus Exercitiorum. Idem Mendozæ, in Coquimbo — At tædet meminiſſe! atque utinam nunc ſeges eſſet ubi Troja fuit, & non potius lolia & zizania vitiorum: Inimicus homo hoc fecit; at væ homini illi per quem ſcandalum venit; melius illi eſſet... Tu autem Domine noſtrî miſerere!

Addo pro Coronide fluviorum nomina, qui in Regno Chilenſi ſunt frequentes; at quod haud longe diſtent a ſua origine, plerique mediocres, neque navigabiles ob vada plurima. Habent autem ſuam originem a nive, quæ in montibus Andes, *la Cordillera* in hyeme eſt valde copioſa, & circa menſem Novembrem ac Decembrem, quando in Chili ver eſt, diſſolvitur; præcipui autem, & quos ego non ſemel vado eques tranſivi, ſunt ſequentes: *Rio* (fluvius) *de Mendoza* in Provincia *Cuyo* currens verſus Orientem. Uſpallat*a*, ubi argenti fodinæ *Rio de las vaccas*. *Aconcàgua*, qui deſcendit, uti reliqui omnes deinceps hic nominandi, verſus Occidentem, nempe verſus *Chili*; puto hunc fluvium, ubi in mare mergitur, vocari *la Ligua*: *MapuChu* ad cujus marginem ſita eſt Jacobopolis totius Regni caput. atque Præſidis, Regii Conſilii, vulgo *la Audiencia*

atque

atque Episcopi sedes, tribus circiter leucis ab Andibus distans in fertili planitie: Habet hoc particulare hic fluvius, quod circiter unâ leuca a dicta Metropoli inter juncos & caricem penitus evanescat octo vel decem leucis subterraneus; tandemque iterum e terræ sinu prodeat in lucem. *Maipo*, cui adjacet *Melipilla* oppidum, distat a *Mapuchu* sex ferme leucis. *Cachapoal*, ad cujus margines *Rancàgua* oppidum, distat a præcedente circiter decem leucis. *Tingueredica* ad cujus oram *S. Ferdinando* oppidum; distat a præcedente circiter sex leucis: & quando hi duo fluvii ante ingressum in mare confluunt, uterque vocatur uno solo nomine *Rapèl*. *Tenu* distat a *Tingueredica* ferme sex leucis. *Lontuè*, hinc prope abest *Curicò* oppidum: distat a *Tenu* circiter quatuor leucis, & postquam *Tenu* & *Lontuè* confluunt, vocantur *Mataquito*. *Rio Claro* ubi *Talca* oppidum: distat a præcedente circiter octo leucis. *Maule*, ubi *Cauquènes* oppidum: distat a præcedente circiter quinque leucis. *Longavì* distat a *Maule* ferme, ut notatur in mea mappa: idem intellige de iis, qui ex *Cordillera* descendunt. *Nuble* qui demum jungitur *Itata*. Ad oram maritimam post *Itata* sequitur *la primer agua*: nempe venientibus ab urbe Conceptionis (*Penco*) distat ab *Itàta* circiter septem leucis. Portus & civitas Conceptionis, olim plena populo, dives & amœna; at Terræ motu anni 1751 mense Majo omnino diruta: distat a præcedente tribus leucis. Residet in urbe conceptionis alter Episcopus dictus ab urbe *la Concepcion* Conceptionis; & ab urbe *la Imperial* jam pridem diruta & ab Indis occupata; Imperialis. *Andalièn* ob fluxum & refluxum maris periculosus, distat a *Penco* cireiter duabus leucis. *Biobio* ad hunc fluvium in loco qui *Mocha* vocabatur nunc sita est civitas Conceptionis in ampla planitie, unde *Talcaguano* Portus distat fere quatuor leucis: ipsa autem nova conceptio a *Penco* vetere distat circiter tribus leucis. *Rapèl* distat a *Biobio* circiter octo leucis. *Rauco* distat hinc *Arauco* versus Austrum in littore maris, duabus leucis: propupnaculum Hispano-

rum ſed non Portus; uti certo ſcio, qui eram ibi aliquando Miſſionarius.

Sequuntur alii fluvii, quorum nomina ſum oblitus; aliquorum origo habetur in mappa uſque ad gradum 39. & ſub gradu quadrageſimo ſita eſt Baldivia, Portus. Atque deinceps propter nimias & ſpiſſiſſimas ſilvas, fluviosque (*el Rio Bueno*, aliosque) vado carentes, nec facile navigabiles & ſine pontibus; Hiſpani non potuerunt plus ultra: ſunt etiam hi fluvii, quod ex altiſſimis decidant montibus, valde rapidi: Quæ uti & omnia ſupra memorata tametſi ſint vera; nihilominus ita nunc ſentio: Pro toto mundo in Chilim non ibo ſecundo; Proque DEO ſolo, ſemper adire volo. Ipſi ſit honor, Laus & Gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

NB. Idem DEUS O. M. ſit merces magna nimis Reverendiſſimo Domino D. Joanni Wilhelmo d'Oidtmann Agrippinenſi, digniſſimo hic Monaſterii, perilluſtris ac Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Mauritium Decano, Archidiacono & Seniori, meo quondam Coloniæ Agrippinæ Condiſcipulo, qui tunc quidem nempe anno 1729. ludente in humanis Divina Potentia rebus, quando in Poetica retuli ſecundum præmium, primum præripuit; at nunc 1777 ad hunc meum librum, cum ſub prælo moraretur diutius, quantocyus finiendum, perhumaniter mihi dedit mutuos aliquot centum Imperiales, brevì, ut ſpero, DEO juvante ſolvendos: id quod, ipſo tamen Rmo. D. Decano neſciente, nec tale quid cogitante, imo quæ ſua eſt modeſtia, ſi ſciret graviter prohibituro ac repugnaturo, hìc gratus uti par eſt, confiteor concludens totum hoc opuſculum phraſi Hiſpanica, nempe hac iterata, ſincera atque optima apprecatione: *DIOS ſe lo pague* nunc & in omne ævum. Amen.

ER-

ERRATA.

AD TENACEM.

Author dat librum, nummis tamen indiget ipſe,
Debita queis ſolvat, Debita magna ſatis*
Non tibi dat dono; licet omnia fauſta precetur,
Saltem juſtum ſi retribuis pretium.

---

* Non alia, nec aliter contracta, quam neceſſe fuit ad imprimendum hunc librum, idque non obſtante omni non ſordida nec indecente parſimonia.








S. MARIA Mater DEI o. p. n. p.
H. Strübel ſc. Chili.


CHILIDUGÙ

Pars sexta.

Notæ Musicæ ad canendum in Clavichordio Cantiones Partis tertiæ à n. 650 usque ad n. 676.

Cantio 1. n. 651 Quiñe DIOS gei




4.n.656 Vill dḡu mo
5.n. 657. Ūfchigēpe ſſmo
6 n. 658 Quiñe DJOS


7. n. 659. Duamtumn
8. n. 660. Ventenlu
9. n. 661. Duamtumn vill


10. n. 662. A Señor DIOS
11. n. 664. Huera que Che
12. n. 665. a. Ayùeimi



6
13. n. 665. b JESUS cad
Da capo.
14. n. 667. Aiiibige


Mari mari
16. n. 669. Santo Angel em
17. n. 671. Cad Bùrenieve



N18. n.º 673. Acui



N19. n. 675. Vau mlei Vau




Mappa Geographica
exhibens
Provincias, Oppida, Sacella &c
quæ Mensibus Novembri ac Decembri
anni 1751 et Januario Februario
et Martio anni 1752 peragravit
ad Indorum Chilensium terras
excurrens P. Bernardus
Havestadt è Soc. JESU
Missionarius.
Leucæ 3000 passuum
Explicatio Signorum:
Oppidum vel Munitiuncula Hispanorum.
Oppidum Hispanorum, desertum et ab Indis dirutum.
Domus Missionis Soc. JESU
Domus olim à Missionariis dictæ Societatis habitata.
Domus ac Regio Caciquei seu Toparchæ baculo insignis.
Domus et Regio Caciquei ordinarii.
NB In terra plana /: los LLanos seu ina pire Vutan mapu :/ domus Indorum
sunt stabiles ac fixæ nec fermè differunt à casis pauperum ac ruri degentium
Hispanorum: ast intra montes, qui Andes, la Cordillera, et Pire Vutan mapu
vocantur, Indi sedem stabilem non habent, sed vagi locum mutant, quoties
id postulat necessitas, si nempe deficiant vel ligna foco, vel pecori armentóve
pascua: neque aliter contra æstum Solis, aut aëris inclementias, quàm variis
pellibus in lancea vel pertica suspensis se defendunt, quapropter excursio-
nem /: la Correduria :/ ad montes Andes aliis signis noto nempe △, quod
significat me illic pernoctâsse, et ♁ me ibi insuper dixisse pro Concione.
Cùmque difficiles altissimique montes intermedii iter efficiant multò longius, quàm
in mappa notari posit, idcirco distantiæ locorum exactè, usu scalæ depre-
hendi sæpe nequeunt
Los LLanos de los Es-pañoles
Cordillera de los Pehuenches vel Pire Vutan Mapu
Montes Andes sive la
Terræ planæ, las Pampas vel los LLanos de los Puelches seu Patagonos
Maule fluvius
Longavì fluv.
Nuble fl.
Itata fl.
Laxa fl.
Biobio fl.
Duqueco fl.
Chadileuvu
Nùdquen fluv.
Caùtin fluv.
Alipen fluv.
Rùgaico Ina Pire
Ràgitun Leuvun Vutan Mapu
Maque-hue
Meli- Rehue
Estancia de Longavì
el Molino
Chillan
los Angeles
Santa Fee
Nascimiento
Hieronymus Strübel Sculp.